ANTONII POLI VENETI,

Nouum Veritatis Lumen in tres Libros Aristotelis de Anima.

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. insc.

A nullo unquam Peripatetico ita perfectè cognitum.

Ex legato Card.lis Toleti

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
Apud Simonem Galignanum de Karera.
M. D. LXXVIII.

ANTONII POLI VENETI

Nouum Veritatis Lumen in tres Libros Aristotelis de Anima.

A nullo unquam Peripatetico ita perfecte cognitum.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS

Apud Simonem Galignanum de Karera.

M. D. LXXVIII.

Ad Sacratissimum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium,

Antonius Polus Venetus.

CVM per multas vestrum literas humanissimas, circa Lucidarium Pontificium ad uos missum, Illustrissimi, ac

Reuerendissimi Patres, ad maiora studia adhortatus maximè, ac inuitatus fuerim; consilium iniui, quomodo animum in uos meum plenissimum pietatis, & obseruantiæ declararem. quare considerans, quod multi philosophorum dicta, quæ ad nostram doctrinam tradita sunt, peruersè exponunt; & quomodo ancipiti sermone huc, & illuc versantes, plerunque ueritate ad suum exitium, & deformitatem abutuntur, in uarias sententias Iuuenes distrahunt, & sua dementia ipsos denique in omnem perniciem incurrere faciunt, ideò utilitati communi incumbens, NOVVM VERITATIS LVMEN IN ARISTOTELIS DE ANIMA LIBROS, quod uobis dicare constitui, conscripsi, & Philosophum illum, qui mille opinionum laqueis implicatus, obscuratus, ac uti hæreticus quasi edictus fuit, optima ratione, & pietate ab ignaris, & peruersis defendere sum conatus, quod si præstitero, uos agnoscetis.

Scio

Scio equidem, quod ex eius ſcriptis malè intellectis, multi Epicurei orti ſunt, & uaria factionum genera, quæ ſine capite, & abſque ordine uiuunt, adoleuerunt. Scio etiam, quod multi ingenio atque doctrina præſtantisſimi, perlecto hoc meo labore, lumine poſthac diuino illuſtrati, ueritatem cognoſcere diſcent, & falſæ ſuæ doctrinæ erubeſcent. Quantum uelint, garriant impij, nō amplius libros peripateticos deprauabunt; non ex animi impetu literam exponent, eiusque intentionem peruertent. iam enim (ut clare percipient) ueterum, recentiorumque expoſitorum imperitiam detexi. Taceant etiam poſthac, qui in omni Philoſophię genere uerſantur, nec amplius dicant, ſecundum Ariſtotelis Philoſophiam, Animam rationalem eſſe mortalem, uel dubiam, & ſecundum diuinam ſapientiam immortalem, & certam. Si nucleos hos meos deguſtauerint, falſorum Philoſophorum cortices abijcient. Vna enim ſola ueritas

ritas est, quam omnis ratio, & intellectus rerum omnium iudex discernit, cognoscit, atque confirmat. Scripta igitur mea, splendidissimi Principes, qualiacunque sint, pro uestra singulari humanitate, ac pro tanto rei negotio libenter perlegetis. Equidem si ea uobis non ingrata fore intellexero, ad maiora in dies, & altiora, ac prout mihi impositum fuerit, gradum faciam: nec ullo unquàm labore defatigabor, modo pro comperto habeam labores meos uobis non fore iniucundos. Deus lumen luminum, charitate sua uos protegat, atque sempiterna gloria decoret.

Capita quæ in nouo veritatis Lumine continentur.

Caput Primum Libri Primi.

PROOEMIO, propter præstantiam, & certitudinem, animæ historiam in primis ponendam esse ait: deinde proponit difficultates circa methodum inueniendi, & explicandi ipsius naturam, atque circa ordinē, quo vti debemus in explicandis passionibus, eiusque potentijs: in fine concludens pertinere ad phisicum de ipsa tractare. car.1

caput secundum.

VOlens inuestigare animæ definitionem, ne ab opinionibus aliorum contrariari posit; varias Antiquorum Sententias de Anima proponit,& per praxim exequens quod in Procemio promisit methodo diuisiua procedens reijcit vt a notioribus nobis incipiat primo opiniones illorum qui accidens ipsam fecerunt,& deinde qui eam quid ex elementis compositum esse dixerunt; car.31

Caput primum Secundi libri.

ADHVC methodo diuisiua subdiuidēdo substantiæ membrum inuenit genus Animæ, & proponens definitionem genericam tali artificio inuentam secundum omnes eius partes ipsam explicat, atq; declarat. car.57

caput secundum.

PRosequens methodum incœptum,(Ex diuisione Generis iam inuenti præcedente distinctione animati ab inanimato) inuenit species ipsius animæ,quas omnes a notioribus procedēs sub genere diuiso contineri demonstrat, dubitans deinde vtrum veget. sens. & intellect. sint diuersæ animæ, vel distinctæ potentiæ, & vtrum omnes istæ potentiæ sint in eadem parte rei animatæ,vel in diuersis partibus,& qualiter inueniantur in diuersis compositis, in fine tādem reassumens to

tam

tam definitionem retrogradè procedens ipsam tanquā declaratam, & demonstratam explicat, Laudans illos antiquos qui Animam dicebant esse in corpore sed nō corpus, & reprehendens eos qui nihil de corpore dixerunt. car.70

caput tertium.

PLuribus iam animabus per diuisionem generis inuentis, nunc ostendit a notioribus nobis incipiens, primò per potentias animarum, deinde per essentias cum exemplo figuræ, ipsas animas non esse eiusdem speciei, sed diuersarum, & per consequens ridiculum esse quærere communem definitionē essentialem quę omnibus speciebus competat. c.80

caput quartum.

VOlens iam tractare de speciebus ipsius animæ, & primò de vegetatiua tanquam vniuersaliori, & nobis notiori, & incipere iuxta propositum Procœmij ab Alimento tanquam obiecto suo cum tale omnibus operationibus vegetatiuæ applicabile sit, vt benè eius naturam cognoscere possimus, & per præexistentem cognitionem semper nos ducat in cognitionem rerum, quomodo Generare, Nutrire, & Augere proueniant ab ipsa vegetatiua prius demonstrāt, cōfutans Emped. qui motum augmenti tribuebat elementis, & non animæ, & eos etiam qui dicebant ignem esse causam nutritionis, & augmentationis, & nō anima. Quo facto quid sit alimentum cum reiectione illorum in parte qui alimentum simile alito, & illorum qui con-

ſtrarium aliter dicebant declarat, applicans poſtea ipſum omnibus ſupradictis operationibus, Et in fine definitionem animæ vegetatiuæ cũ fine ſuo ponit. c.87

caput quintum.

CVm habeat tractare de anima ſenſitiua, & hæc requirat antea ſenſus cognitionem in vniuerſali pro ut applicatur omnibus ſenſibilibus & talis diſtinctionem vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, vt facilius animæ ſenſitiuæ eſſentia declarari poſsit, ideò prius probat, quomodo ſenſus ſit potentia paſsiua ad differentiam vegetatiuæ. car.101

caput ſextum.

HAbita diſtinctione ſenſitiuæ à vegetatiua, ſequitur tractare quod propoſuit, ſcilicet de omni ſenſu in vniuerſali incipiens iuxta methodum ſuam ab obiecto ſenſibili quod Triplex eſſe demonſtrat Proprium, commune, & per Accidens, vnumquodque illorum declarans. Deinde reſoluuntur ex ſupradictis duæ quæſtiones. Prima quomodo datur virtus actiua in producenda ſenſatione præter paſsionem illatam a ſpecie ſenſibili in ſenſu. Secunda ſi ſenſibilia propria, & communia cognoſcantur ab anima, an potius eodem modo ſui ipſius imagines, ac ſpecies pariant, ita quod eodem modo ſentiantur. car.18

Caput

caput ſeptimum.

TRactat de viſu incipiens iuxta propoſitum ab obiecto principali, ſcilicet colore, definiens ipſum, ſuasque demonſtrans paſsiones. deinde quia perfectè cognoſci non poteſt abſque lumine, & lumen abſq; diaphano, ideò prius de diaphano, & poſtea de lumine inquantum ducunt nos in cognitionem talis obiecti viſibilis ſermonem facit, vbi reſoluitur quæſtio, An Lumen ſit corpus, vel intentio. ſequens deinde ſermonem de obiecto, prius de proprio, ſcilicet colore, & vltimo de innominato, ſcilicet viſibili, loquitur. Et reprehendit Democritum, qui dicebat Diaphanum eſſe impedimento ad videndum, oſtendens neceſsitatē medij, & diſtinguens ipſum ab alijs, vbi in fine demonſtratur ex dictis, quomodo fiat viſio. car. 115

caput octauum.

TRactat de Auditu incipiens ab obiecto, ſcilicet ſono, qui cum poſsit actu, & potentia cōſiderari, prius vt decet, ponit eius diſtinctionem, declarans quid ſit ſonus in Potentia, & quid in actu, oſtendens tria requiri ad ſonum actu, Percutiens tangens, percuſſum, & mediū medians inter percutiens, & percuſſum, quod eſt aer, & aqua. Qui ſonus cum Rectus, & Reflexus eſſe poſsit, vt perfectè obiectum Auditus cognoſcamus primò de Directo, & deinde de Reflexo, ſcilicet Echo loquitur, decidens ex dictis an ſonus procedat a corpo

re percutiente, an a percusso, an ab vtroque. eliciens postea ex declaratis differentiam soni a colore. Vbi resoluitur quæstio ex dictis, An sonus realiter in medio vsque ad Auditum sit, & etiam An sonus sit qualitas recepta in aere sicut forma in subiecto, & materia. Completo sermone de sono, de differentijs ipsius deinde loquitur, & primò de ipsis in vniuersali, postea in particulari de voce, scilicet ponens prius uocis distinctionem cum de animatis, & inanimatis secundum similitudinem dici posit, demonstrans in fine in qua parte fit, & quæ atque quales sint partes in Animali, quæ vocem efficiunt, & denique quid sit uox concludit. car. 128

Caput nonum.

DEmonstrata prius difficultate odoris respectu visus, & auditus, volens iuxta propositum ordinem incipere ab obiecto, scilicet odore, cum resultet sicut sapor ex permixtione elementorum per Analogiã ad ipsum, ac etiam per id quod commune est omnibus sensibus, ducit nos in cognitionem facilem ipsius odoris. Deinde de medio quod est aer, & aqua loquitur resoluens dubium, si omnia odorant cum respiratione, necne, & si habeant diuersum sensum, & sic de sensorio, vbi defenditur a Galeno qui ipsum in tribus carpit. car. 141

Caput

caput decimum.

CVm ratione medii necessario obiectum gustus cognoscatur, ideò tractans de gustu, prius de obiecto, & medio simul loquitur. Vbi resoluuntur duæ quæstiones. Prima, vtrum Gustatio fiat per medium extrinsecum, non autem intrinsecum. Secunda, vtrum Tactio, & Gustatio sint vna sensatio, & consequenter tactus, & gustus vnus sensus, an potius diuersi. Prosequens deinde naturam Gustus per id quod commune est aliis sensibus. In fineq; de sensorio, atque de speciebus saporis, quia deferuntur ad sensum, quantum huic negocio conuenit, sermonem concludit. c.149

caput vndecimum.

VT perfectè tactus naturam nobis adaperiat, & ne in æquiuoco, uel in confuso laboremus, cum multę dubitationes circa obiectum, medium, & sensoriũ tactus occurrant, prius ipsas remouet. Quærens primo. An tactus sit vnus, uel plures. secundo, An sensorium tactus sit caro exterior, uel aliquid intus, caro autem medium. Tertio an in Tactu sit medium aliquod extrinsecum puta aqua, vel aer, uel aliud corpus dubium, Vltimo an medium externum requiratur eodem modo in omnibus sensibus. Post hæc veritatem de medio, obiecto, & sensorio explicat, & per id quod commune aliis sensibus est eius naturam nobis manifestat. & in fine quid sit verum sensorium tactus dilucidè manifestatur.

caput duodecimum.

EXplicata, atque declarata quinque ſenſuum natura ſecundum omnia ſua principia, nunc iuxta regulam doctrinæ de communitate omnium tractat, demonſtrans. Quomodo omnibus commune eſt formas, ſiue ſpecies rerum abſque materia ſuſcipere, & in quo fit talis ſuſceptio. Soluens ex præmiſsis duo dubia. Primum propter quid excellens ſenſibile corrumpit ſenſum. Secundum propter quid Plantæ non ſentiunt cũ ſint animatæ, & recipiant qualitates ſenſibiles, & ab ipſis patiantur, ſicut & animalia, dubitans propter hoc An non ſentiens patiatur ab alijs obiectis aliorum ſenſuum, reſoluens in fine a quo inanimata patiantur, & alterantur cum non ſentiant. c.165

caput tertiumdecimum.

NE quis dari ſextum ſenſum credat methodo diuiſiua, ratione ſcilicet obiectorum ſenſibilium propriorum, ratione organorum, ratione medij, & denique ratione obiectorum ſenſibilium communium, ſufficientiam quinque ſenſuum demonſtrat, finem poſtea in vltimo pluralitatis ſenſuum oſtendens. car.167

caput quartumdecimum.

VOlens methodo diuiſiua, ſcilicet ratione diuerſitatis operationum ſenſuum exteriorum, ratione obiectorum, & ratione organorum probare neceſsitatem ſenſus communis, cum dubium ſit, An eodem

dem

dem sensu quo sentimus, sentire nos percipiamus, prius illud remouet, quo remoto ex dictis demonstrat. Quomodo sensibile, & sensus idem sunt, & simul se ponunt, simulque auferunt, & quomodo non sunt simul, damnans Antiquos dicentes, Non esse sensibile sine sensu. declarans etiam quare sensibile excellens destruit sensum. quo facto prosequitur ostendere eandem necessitatem quoad alia membra, scilicet ratione obiectorum & organorum, in fine soluens, Quomodo sensus communis sit vnus, & plures. c. 176

Caput decimumquintum.

CVm esset opus pro facili cognitione, Phantasiæ distinguere ipsam ab alijs potentijs, scilicet sensu, & intellectu, cumque hæc duo ab Antiquis confunderentur, prius ipsos redarguit ostendens differentiam, & deinde propositum assequitur ponens differentiam imaginationis ab alijs potentijs procedens per operationes tanquam nobis notiores, & primo in vniuersali, reassumens ex dictis quare prius de imaginatione, & postea de intellectu tractat. Deinde particulariter methodo diuisiua, inferens ex propositione notissima, Quid sit Phantasia, resoluens ipsam in suas causas, declaransque omnes eius particulas. in vltimoque patefaciens nobis eius finem. c. 190

Caput primum Tertij Libri.

QVID tractare intendat in hoc tertio libro proponit, deinde cum idemmet intellectus sit sibi obiectum, prius de intellectu tanquam nobis notiori, quam obiectum. cumque talis sit possibilis,

lis, & agens eadem ratione prius aggreditur naturam possibilis ex principijs per se cognitis scilicet per comparationem, similitudinem, & dissimilitudinem ipsius cum sensu. vnde cum ex conuenientijs quibusdã delineauerit intellectum possibilem, deinde a natura rei distinguit ipsum ab ipso sensu per sensorium, obiectum, & denique perperationem intrinsecam, & extrinsecam. & tandem vt eius natura totaliter cognoscatur, cum dixerat esse quoddam pati, & seipsum intelligere, resoluit hæc dubia, ostendens quomodo dicatur pati, & seipsum intelligere, vbi in fine resoluitur etiam, An intellectus secundum se sit pura potentia. car.206

caput secundum.

PEr propositionem vniuersalem, notam, atque famosam ostendit necessitatem intellectus agentis, & dari in anima Rationali necessario Agens, & Patiens. Explicans per prædicata propria, & per differentias ab intellectu possibili eius Naturam.

caput tertium.

SEcundum propositum perquirens, scilicet quomodo fiat ipsum intelligere, cumque intellectus humanus corpori vnitus possit cum discursu, & sine discursu intelligere ideò ponit duas esse intellectiones, & a notioribus nobis procedẽs tractat prius de composita ostendens, quot modis in ipsa cadat falsitas, deinde de sim-

ſimplici demonſtrans tribus modis nos poſſe indiuiſibilia ſine diſcurſu intelligere, & quomodo eſſe debeat intellectus, ſi hæc apprehendere debet, reaſſumens postea omnia, & intentum concludens, vbi in fine reddit rationem quare intellectus intelligit indiuiſibiliter, & ratione utitur diſcurrens componendo, & diuidendo. c.235

Caput quartum.

VT ordo doctrinæ expoſtulat quinque ſenſus cum intellectu conuenientias proponit. Prima eſt, quod ſicut ſenſus per ſenſibile ad actum reducitur, ſic intellectus per intelligibile. Secunda. Sicut ſenſus percipit cum delectatione, & triſtitia, ita intellectus intelligit vel cum affirmatione, vel negatione, quæ aſſimilantur triſtitiæ, & delectationi. Vbi quid dolere, & delectari quantum propoſito ſufficit, declarat. Tertia. Quod ſenſibilia ſe habent in ſenſu, ſicut phantaſmata in intellectu. Quarta ſicut vnus eſt re ſenſus communis, & ratione plures, ita intellectus vnus ſecundum eſſentiam, plures ratione phantaſmatum. Quinta ſicut communis ſenſus non percipit niſi per exteriores, ſic intellectus niſi per phantaſmata. Vbi quot modis intellectus poſsit moueri ad intelligendum an a ſolis phantaſmatibus, vel alia re declarat. Reſoluens in fine, quod videre, an intellectus in materia poſſet abſtracta intelligere realiter, necne, non eſt præſentis ſpeculationis. car.241

Caput

caput quintum.

Recapitulat quæ de anima dixit, referens omnia ad animam Rationalem, probans per sufficientem diuisionem, quod omnia fit, sensibilia scilicet, & intelligibilia, ostendens modum quo omnia fit, & quomodo intellectus contempletur sensibilia. c.247

caput sextum.

Ne diminutus videatur de motrice anima secundũ locũ tractat quod ante facere non poterat cum a sensu, & intellectu proueniat animalium motus. Methodoque diuisiua, & a notioribus nobis semper procedens inuenit principium motiuum taxans insufficientiam, & diminutionem illorum, qui malè animam diuiserunt; declarans in vniuersali appetitum, & intellectum esse principia motiua, sed reduci hæc duo ad appetitum. vbi demonstrat quomodo diminuti fuerunt qui animam in potentias diuiserunt, Deinde de Numero appetituum, & conditionibus talis motus animalium. Postea in fine similiter a notioribus nobis procedens de dicto principio in particulari tractat. cat.252

caput septimum.

Tractata vniuscuiusque Animæ natura, nunc a notioribus nobis incipiens, eas viuentibus applicat; Probans per sufficientem diuisionem, quod Nutritiua siue vegetabilis omni viuenti inest, secundo

Per

per propositiones ab omnibus concessas discurrens, demonstrat, quod sensus non cunctis viuentibus, sed animabus necessario inest. Præterea cum sensus multi sint per sufficientem diuisionem declarat, vtrum omnes necessario insint animalibus, vel quidam, & si quidam, quales illi sint, & quare non necessario sint, atque qui sint illi qui propter bonum dati fuerunt quibusdam animalibus, & non cuicunque, demonstrans vt dicta corroboret imposibile esse simplex corpus animalis esse, & in fine comparans necesitatem tactus cum alijs, concludit sermonem librorum de Anima. car.269

F I N I S.

Nouum Veritatis Lumen, In Primum Aristotelis Librum de Anima.

Caput primum.

P*ROOEMIO, propter præstantiam, & certitudinem, Animæ historiam in primis ponendam esse ait: deinde proponit difficultates circa methodum inueniendi, & explicandi ipsius naturam, atque circa ordinem, quo vti debemus in explicandis passionibus, eiusq; potentijs: in fine concludens pertinere ad phisicum de ipsa tractare.*

Modus scribendi Antiquorũ, & Recentiorum, illorumque excellentia, atque superioritas.

NVLLVS doctrinæ filius, qui rerum naturam, vniuersiq; ordinem cognoscit, alios inscribendo insequitur, sed relictis omnibus aliorum scriptis, & opinionibus ordine diuerso, modoq; suo, rationabili tamen res inuenit, declarat, atque disponit. Sic antiqui Philosophi Plato, Aristoteles, Galenus, & Auicena scripserunt, quos infiniti deinde sequi voluerunt, sed id assequi minime potuerunt, immò illis tantum inferiores sunt, quantum confusio ordine, & declaratio inuentione existit: illi enim scientificè scribentes rerum inuentores fuerunt, isti verò omni arte scribendi prætermissa solum rerum inuentarum exploratores, ideoq; meritò nomen expositorum sortiti fuere. Nos autem in Abbreuiatione Veritatis animæ rationalis vetustiores sequuti sumus philosophos, & in hoc NOVO LVMINE Recentiores non enarrandi gratia, quod iam scimus, & alio ordine disponere poteramus, sed vt è tenebris alios extraheremus, cum omnes quasi ignorauerint intentionem Aristotelis, inuentionem, declarationem, & denique ordinem suum, qua ignorantia ducti in infinitas opiniones delapsi sunt, & philosophum in mille sententiarum formas transmutantes, quasi nouum Protheum ipsum fecerunt, cum tamen vnius sit opinionis, & vnam solam veritatem edoceat, atq; scribat. Multi enim de ordinibus, & Methodis conclamant, sed ad vsum, Aristotelisque, & philosophorum doctrinam illa applicare nesciunt, sæpe ordinẽ cum methodo, & methodum cum ordine confundentes, cum penitus distincta sint. Nos igitur qua Methodo res inueniat, qua ipsas declaret, quoue ordine tandem res iam inuentas, & declaratas disponat non in vniuersali, sed vsu ostendemus. Methodo autem diuisiua genera, & partes generis subiecti inuenit, diffinitiua rei essentiam explicat, suaq; principia intrinseca declarat, demonstratiuaq; passiones eius manifestat: ordine postea compositiuo, natu-

Defectus scriptorũ circa ordines, & methodos.

Promissio authoris circa methodum, & ordinẽ Arist.

Modus pcedẽdi Ar. in li. de aia

naturaliq; partes omnes diſpônit, in quibus explicandis à notioribus, faciliorib usque nobis procedit, vt incognita per nota, & minus nota per notiora, quantum fieri poteſt, nobis ſint manifeſta.

Incipientes igitur, dicimus cum Ariſtotele, quòd cum arbitramur omnem ſcientiam eſſe bonam, ac honorabilem, & aliam alia magis, vel quia eſt certior, vel quia tractat de rebus præſtabilibus, melioribus, atque admirabilibus, ob hæc ſcientiam de anima non iniuria ponendam eſſe in primis cenſemus. dicitur enim admirabilis, cum genus vniuerſale ipſius includat mortale, & immortale, & admirabilior poſtea, cum per actum immortalem ſpecificet corpus, & informet ens incompletũ manens ſemper incorruptibilis, & immortalis: Melior verò cum omnia ſit, atque poſsideat: Præſtantior autem cum modo in altum conſcendere, modo in infima delabi poſsit, & omnia circumcirca tandem permeare; Certior denique appellatur, quoniam ipſam animam aliquid eſſe tam notum, quàm quod notiſsimum, quid verò ea ſit, cognitu haud facile eſt. Cum igitur talis ſit naturæ, & videatur, vt ait text. 2. ad veritatem omnem ipſius animæ cognitio vehementer conferre, & maximè ad ipſius naturæ ſcientiam, cum ſit quaſi principium omniũ animalium, meritò in primis ponenda eſt, tanquam alijs dignior, & certior (excipio ſemper Theologiam) de qua certitudine, & dignitate diffuſius alibi tractauimus. Et cum de ipſa debeamus ſermonem inſtituere, oportet autem vt ait tex. 3. prius definire ipſam animam, deinde demonſtrare proprias eius paſsiones, & accidentia, & vltimo paſsiones communes. Vnde cum dixit, *Contemplari*, ſignificat definitionem, quoniam definitio eſt propria intellectus, qui contemplatur; quæ definitio explicat eſſentiam rei abſque diſcurſu. Quando dixit, *Cognoſcere*, ſignificat demonſtrationem, quoniam demonſtratio eſt propria rationis, quæ diſcurrit à præmiſsis ad cõcluſiones, vnde per ipſam demonſtrationem oſtendimus, & cognoſcimus propria

Tex. 1. declaratio.

Tex. 2.

Tex. 3.

accidentia, & proprias passiones inesse rei, & subiecto. Vnde Ioannes Grammaticus cum Francisco Toleto, qui per contemplari, intelligunt cognoscere inconfusè, & per cognoscere, intelligunt cognoscere distinctè, excusandi sunt: quoniam non habuerunt gustum de definitione, neque de demonstratione, & principaliter non aduerterunt methodum ab Arist. in tali Prooemio propositam. Nulla enim via, aut methodus ducit nos magis in cognitionem distinctam rei, atque certam, quàm ipsa definitio, ideo ab intellectu, qui certissima cognoscit, contemplatur, vt ait Aristo. Similiter quodammodo fuerunt decepti Auerroes, S. Thomas, & idem Toletus, circa expositionem passionum, quid scilicet per passiones communes, & quid per proprias intelligat, quoniam non intelligit de his, quæ incipiunt ab anima, & terminantur in corpore, vt sentire, appetere, tanquam de proprijs, & de his, quæ à corpore, & terminantur in animam, vt dormire tanquam de communibus, vt Auer. neque de illis, quæ subiectantur in toto composito, & de illis, quæ in sola anima, vt Alber. & S. Thomas, neque de his, quæ soli animæ tanquam de proprijs, & de his, quæ animæ, & corpori tanquam de communibus, vt Fran. Toletus. Omnes in aliqua parte, quoad explicationem passionum genera, veritatem dicunt; sed quantum ad intentionem text. omnes deuiant, & nullus tangit Aristo. intentionem, quoniam ipsius intentio est tractare de passionibus proprijs cuiusque animæ, prout anima corpori coniuncta est, scilicet de passionibus Animæ vegetatiuæ proprijs, similiter sensitiuæ, & intellectiuæ, & dicuntur propriæ, quoniam quæ competunt vegetatiuæ, non competunt sensitiuæ, & quæ vni non alteri competunt, & quoniam anima consideratur ab Arist. corpori coniuncta, ideo considerat ipsas, inquantum sunt cum anima coniuncta corpori, postea tractat de passionibus communibus tam animæ, quàm corpori, in paruis naturalibus; ideo ibi in principio dicit. *Quoniam de Anima per se, nec non de potestatibus singulis, quæ per*

Reiiciunt Io. Grammaticus, & Franciscus Toletus.

Reiicitur Auerr. S. Thomæ, & Toleti expositio circa declarationé passionũ propriorum, & communium.

partes

partes illi sunt, pertractatum est prius : proximum est de Animalibus perscrutari, & de ijs, quæ vitam habent, omnibus quæ nam propria, & quæ communia illorum sunt opera ; & sequens paulò post, dicit. *Videntur autem quæ maxima sunt, & communia, & propria animalibus cum anima, tum corpori esse communia*, ita quod Arist. proponit declarare, quod in procemio de Anima promiserat, ideo cum dicit *Proximum* ostendit librum paruorum naturalium esse subsequentem libris de Anima, qui tractat de passionibus communibus omnium viuentium, sicut alio loco declarabimus. Quando dicit. *Cum anima, tum corpori esse communia* ostendit, quod istæ passiones sunt communes animæ, & corpori, quoniam tractat de anima, vt corpori coniuncta est, ideo dicit etiam de passionibus, ita se habentibus esse tractandum, & hæc est veritas rei, & mens Aristo. sed redeamus vnde digressi sumus, si volumus definire ipsam animam, hoc difficillimum est, vt ait tex. 4. quoniam fortassis poterit dari vna communis definitio: nam, cum hæc quæstio communis sit etiam cum alijs rebus compluribus, quoad substantiam, & essentiã, dico fortassis videbitur alicui dari debere vna communis methodus. s. & definitio, quæ sit sufficiens pro omnibus viuentibus, explicans rei essentiam, sicut potest dari communis demonstratio, quæ declarat proprietates, & accidentia rerum: quod si sic est, quęrenda erit methodus ista, & si non est vna quædam, & communis definitio omnium uiuentium, adhuc erit, vt ait tex. 5. negociatio difficilior, quoniam oportebit circa vnamquamq; dare modum proprium, propriam definitionem, & vnamquamq; denique separatim definire, quod sic facit Arist. ut uidebimus. Vnde Toletus, nec in hoc textu respondet literæ, non dicit Arist. quod sint variç methodi pro uarijs rebus, & quod non solum oportet cognoscere methodum pro re, sed distinguere ipsam ab aliis rebus. Dicit enim, quod si non datur vna communis definitio omnium animarum, quod oportebit vnamquamq; de per se definire, & propter hoc non sunt variæ methodi, cum omnes possint

Expositio uera principii paruorum naturalium Arist.

Tex. 4. declaratio.

Tex. 5.

Reiicitur expositio Toleti.

methodo definitiua explicari, ideò cum dicit oportebit accipere circa vnumquodque quis modus non proponit difficultatem quoad varietatem methodorum, vt ipse Toletus ait, sed quoad varietatem methodi definitiuæ, quoniam vnaquæq; requiret propriam definitionem. Si autem sit manifestum, quod dentur, vel non dentur plures definitiones, tamen vtrum demonstratio, vel diuisio, vel alia methodus sufficiens sit pro inuenienda definitione, adhuc remanent dubitationes, & errores quali.s. istarum vti debeamus; quia diuersorum sunt diuersæ causæ, & principia definientia, puta numerorum, & solidorum.

Reiicitur Toletus.

In Expositione horum verborum dicit Toletus, quod Aristo. se conuertit ad difficultates ex parte naturæ, vnde tacitè cum aliis multis pertransit textum sibi, & aliis incognitum, & immanifestum. Quare dico, quod Aristo. non tangit difficultatem ex parte naturæ, sed ex parte methodorum, quoniam postquam proposuit difficultatem declarandi naturam ipsius animæ, quoad essentiam i.s. per definitionem, nunc proponit difficultatem inueniendi definitionem ipsius animæ & quoniam aliqui voluerunt quod definitio inuestigetur per demonstrationem, aliqui per diuisionem, & alij per compositionem: ideo dicit *si autem manifestum sit*, idest, quod dentur vel non dentur plures definitiones: tamen vtrum demonstratio, vel diuisio, vel alia methodus sufficiens sit pro inuenienda definitione, adhuc remanent dubitationes, & errores, scilicet quali istarum debeamus vti, & quali debeamus istarum inuenire definitionem ipsius Animæ; vtrum debeat inueniri per demonstrationem, vt Hippocras voluit: vel per diuisionem, vt Plato: vel per aliquam aliam methodum. s. compositionem, vel resolutionem, plures enim methodi dari non possunt. Si per demonstrationem volumus inuenire definitionem animæ, est maximus error, quoniam demonstratio est methodus, non pro inueniendis, sed declarandis rebus. Si per compositionem remanet aliquod dubium, quoniam diuersimode considerari potest ipsa

compositio,

compoſitio. quoniam ſi conſideratur compoſitio, prout habet originem a primis diuiſionibus, & generibus, vſq; ad vltimas diuiſiones, & ſpecies ſpecialiſsimas, hæc coincidit cum methodo diuiſiua; quoniā ſicut diuidimus, ſic componimus. Si autem cõſideratur compoſitio abſq; comparatione oppoſitarum differentiarum, & abſque quod fiat proceſſus a primo genere, deſcendendo per genera ſubalterna vſque ad ſpecies ſpecialiſsimas, tunc non eſt bona compoſitio ad inueniendā definitionem, & ideo dixit habere dubitationem, & hęc pro declaratione tex. 5. ad mentem Ariſt. ſufficiat. Cùm ergo, vti diximus, ſit dubitatio fortaſsis ad ſciēdum quale ſit genus animæ, & quid ſit. i. quæ ſit eius differentia, erit primum neceſſarium vti diuiſione, ſicut dicit tex. 6. & per diuiſionē procedere, ſi volumus definitionē animæ tradere, atq; inuenire. ſ. videre, An ſit ſubſtantia, uel accidens, & ſi accidens, quale prædicamentum accidentium ſit, & qm̄ non ſufficit hoc, oportebit diuidere adhuc, & videre, utrum ſit in potentia, uel in actu, in illo prædicamento ubi erit, quoniam unumquodque genus diuiditur per potentiam, & actum, & hoc cognoſcere non eſt paruum. Vnde, quando Alb. Magnus exponit illud, *Fortaſſis*, dicens, quod dicitur quia anima non habet genus, cum ſit indirectè in prædicamento, non eſt expoſitio nec uera, nec ad mentem Ariſt. quoniam anima habet proprium genus, quod eſt Actus ſubſtantialis. Similiter Aegidius quando ait Ariſt. dixiſſe, *Fortaſsis*, quia anima non habet propriam definitionem, ſed definitur per additamentum ſcilicet per ſubiectum, nec ipſe rectè ad mentem Ariſt. exponit tex. nec quantum ad veritatem rei, quoniam ſi conſideraſſet, quod anima eſt ens incompletum, & quod ex ipſa, & corpore, tanquam duobus entibus incompletis, ſit vnum ens completum, confeſſus eſſet animam definiri debere per corpus, & talem eſſe propriam eius definitionem, vnde anima in communi habet propriam definitionem, & quælibet in particulari ſuam. ſimiliter de ultimis fuit Franciſcus Toletus, qui dicit,

Tex. 6.

Reiicitur Albertus

Reiicitur Aegidius.

Reiicitur Toletus.

quod sensus Arist. iste videtur esse, dicit, quod fortasse ista methodus non est sine diuisione, idest ad definitionem in dagandam, fortasse opus est diuidere genera, & sic ex diui sione facta sumit difficultatem. Dicit autem, *Fortasse*, non quod dubitet opus esse diuisione, sed quia id non probat, sed ex logica supponit. hæc Toletus. Quamuis sua expositio in aliqua parte sit vera, in eo, quod ad definitionem in dagandam fortasse opus est diuidere genera: tamen hoc non intendit Arist. per illud, Fortasis, nec ex hoc sumit difficultatem. sed dixit, *Fortassis*, quoniam duç sunt metho di inueniendi res, Diuisio, & Resolutio, ideo dixit, Fortassis necessarium erit diuidere propter maiorem facilitatem, quoniam resolutio est difficillima methodus pro inueniendis rebus. Similiter quando idem Toletus exponit cum Simplicio, quid intelligat per actum, & potētiam Arist. dicens, quod per actum intelligit formam, per potētiam materiam, & sensus est secundum ipsos, An anima sit talis substantia, qualis forma uel eá quæ est materia, & dicit, quod hæc est expositio notanda. Dico, quod deuiant a propositoq; & mente Arist. hæc enim non est intentio sua, quoniam antequam probasset Arist. in quonam prædicamento esset anima, determinaret ipsam esse in prædica mento substantiæ, cum materia, & forma sin substantialia. sed quomodo potest dicere hoc Arist. si ponit superius in dubium, An sit substantia, uel accidens? & etiam, cum adhuc hoc ignotum sit? cum multi Antiquorum ponant ipsam esse in alijs prędicamentis, & non esse substantiam? si probasset, ut probabit, quod esset substantia post destru ctionem omnium opinionum Antiquorum, tunc meritò esset inquirendum, ut inquisiuerit loco suo, si sit materia uel forma. & ideo non est ad propositum, nec ad mentem philosophi supradicta expositio, sed hanc difficultatem proponit, quoniam cum in vnoquoque genere detur potentia, & actus, dubium erit, dicit ipse, an sit actus, uel potentia in illo genere. Similiter reijciatur Ioan. Gramma. qui per actum, substantiam spiritualem, & per potentiam, substan-

Expositio uera circa illud [Fortasis.]

Reiicitur Simplicius & Toletus circa expositionem Actus, & potentiæ.

Reiicitur Io. Grammaticus cū aliis.

ſubſtantiam corpoream intelligit: quoniam Ariſt. de his non loquitur in libris de anima. Similiter alij reprobentur, qui contra ea quæ diximus, exponunt tex. quoniam nullo alio modo poteſt, ſecundum veritatem, & Ariſto. mentem, exponi. Cum ergo per diuiſionem, inuenerimus genus definitionis ipſius animæ, videndum eſt, ut ait tex. 7. ſi hoc genus diuiditur in ſpecies, ita quod ſint plures Tex. 7. animæ, uel ſit indiuiſibile, ideſt uel ſit tantum una anima, ſi erunt plures per diuiſionem generis inuenientur differentiæ, quoniam in genere latent differentiæ: & ſuppoſito, quod ſint plures, videndum erit, dicit Ariſt. vtrum ſit ſimilis ſpeciei omnis anima, uel non: ideſt, ſi ſunt eiuſdẽ ſpeciei, uel non. & ſi non ſunt ſimilis ſpeciei, utrum ſpecie differant, uel genere. Vnde Ariſt. intentio eſt, quod poſtquam per diuiſionem inuenit animam eſſe ſubſtantiam, & per diuiſionem ſubſtãtię, quod eſt forma, & actus, & per diuiſionem actus, quod eſt actus potentia vitam habens, habito hoc genere, ſtatim, ut ſuo loco videbimus, per diuiſionẽ eiuſdem generis inuenit ſpecies ipſius animæ, quoniam ipſum diuidit in uegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum. vnde ſtante hac uera expoſitione S. Thomas, qui dixit, quod ſenſus eſt, An anima ſit ſubſtantia ſimplex, uel compoſita, non intellexit proceſſum Ariſt. Reiicitur S. Thomas Similiter expoſitio Io. Grammatici fuit de diuiſione in potentias, ut ſit ſenſus, An habeat anima plures potentias, uel non: quoniam loquitur de ſpeciebus, & de eſſentijs, & nõ de potentijs. Reiicitur Io. Grammaticus. Similiter expoſitio Auerrois extranea eſt, qui dixit, quod loquitur de pluralitate in vnico animato, ut ſit ſenſus, an una ſit tantum Anima in animato v.g. in homine uno, an plures, ita ut ſint diuiſæ ſecundum partes diuerſas corporis, quam opinionem ſequutus eſt Ferdinãdus Ponzetus, qui dicit, quod quærit de partibus eius, videlicet an ſit in diuerſis ſubiectis, puta intellectiua in cerebro, concupiſcibilis in corde, & naturalis in epate. extranea dico eſt talis expoſitio, quoniam de ipſa anima, & non de partibus loquitur, an ſit diuiſibilis in plures ſpecies,

Reiicitur. Auerrois

Reiicitur Ferdinandus Ponzetus.

Reiicitur expositio Simpl. Caietani Thien. & Toleti.

cies, uel non. Expositio denique Simplicij, Caietani Thie. & Toleti, est penitus longinqua ab intentione Arist. quoniam non quærit ipse, An anima sit extensa, & diuisibilis: quoniam quando quærit, an sit partibilis, uel impartibilis, est, postquam loquutus est de genere definitionis, inuento per diuisionem, utrum tale genus diuidatur in plures species, uel non, & hæc est consona Arist. intentioni, quoniam reddit rationem talis inquisitionis dicens; hoc quærimus, scilicet, an tale genus diuidatur in plures species, quia qui dicunt, atque quærunt de anima nunc, de humana tantum quærere, perscrutarique videntur; ecce quod de speciebus animæ loquitur. & quoniam species, & genus tanquam vniuersalia possunt considerari uel secundum se, & absolutè, puta animal ut animal; & homo ut homo, non habendo respectum ad sua singularia, & sic vniuersale est prius suis singularibus. nam bene sequitur Socrates est, ergo homo est, non tamen sequitur e conuerso homo est, ergo est Socrates. uel ut habent esse in inferioribus, ut animal in homine, & equo, & homo in Socrate, & Platone, & sic nec est prius nec posterius suis inferioribus, sed est simul cum eis; uel sub intẽtione secunda. puta consideratur homo ut est species, uel inquantum prædicatur de pluribus differentibus numero, & sic uniuersale est posterius suis singularibus; nam intellectus attribuit homini hanc intentionem secundam, postquam considerauit, quod homo secundum suum significatum potest conuenire Socrati, uel Platoni, & sic patet, quod est posterius; Similiter idem dicitur de animali, ut genus, uel inquantum prædicatur de pluribus differentibus specie. Ideo Arist. quia multis modis species, & genus, ut vidimus, considerari poterat, dicit tex. 8. Cauẽdum est, ne uos

Tex. 8. lateat, quod quando dicimus, utrum specie differant, vel genere, quod non intelligimus species, & genus, ut secundæ intentiones, sed genus ut animal, & species ut Equi, & Canis: quoniam animal vniuersale idest, ut secunda intẽtio, aut nihil est, aut posterius est, ut vidimus, *& si quod com-*

mune aliud *prædicetur*, ideſt & ſimiliter omne quod prædicatur de aliquo, tanquam ſecunda intentio, nihil eſt, uel poſterius, & ratio eſt, quoniam non datur homo, vt ſpecies, qui habeat eſſe extra omnes homines ſingulares, ut dicebat Plato, nec animal ut genus, quod habeat eſſe extra omnia animalia, ideo intelligimus, dicit Ariſt. per genus, vt animal, ideſt vtrum anima differat genere, ſcilicet quod ſit una anima, quæ habeat eſſe in omnibus animalibus, & quód omnia viuentia per ipſam definiantur, & non ut prędicatur de pluribus animalibus, tanquam genus, & ſic vtrum differant ſpecie, ſcilicet utrum ſint plures animæ, quæ habeant eſſe ſpecificum, ſcilicet qnod quanquam per ſe animam definire oportet, vt ſi definietur homo per ſe, & equus per ſe, ita quod ſpecifica definitione differant. Vnde Ariſt. non ponit in illis verbis, *cauendum autem eſt*, ſeptimam difficultatem, ut dicit Toletus, ſcilicet, an definitio ſit vna genere, ſicut definitio animalis, an non, ſcilicet ſpecifica: quoniam ante hoc dixit, & eſſet idem eodem loco extra propoſitum repetere; ſed declarat antedictam difficultatem, ideſt, quod iam iam antedixit, ne homines decipiantur circa nomen generis, & ſpeciei, cum multis modis poſsint intelligi, ut declarauimus, & ſic, & quoad difficultatem: quoniam non ponit nouam difficultatem, & quoad expoſitionem tex. Toletus errauit. Cum ergo oſtenderimus, difficultatem pro inuenienda definitione ipſius animæ, oportet ad præſens ponere omnes difficultates, quoad ordinem explicandi potentias animæ, & eius paſſiones, ut dicit tex. 9. quoniam ſi in unoquoque nõ eſt niſi anima una cum multis potentijs, & paſsionibus, oportet quærere, an prius de ipſa anima tanquam de ſubſtantia, an de potentijs, & paſsionibus ſit pertractandum, & hoc determinare difficile eſt, quoniam difficile eſt cognoſcere quomodo potentia ab operatione ſeparetur. Vnde Toletus, qui ſuper ly, *Amplius autem*, ponit octauam difficultatem, & ſuper alijs verbis ſubſequentibus, *difficile autem*, ponit nouam difficultatem, eſt in errore: quoniam unam ſolam

Reiicitur Toletus.

Tex. 9. declaratio.

Reiicitur Toletus.

lam ponit Arist. difficultatem dicens, si non sunt multæ animæ, sed partes, difficile est determinare quomodo separentur potentiæ ab operationibus, & sic vbi ipse ponit nonam difficultatem, est explicatio rei antedictæ, etiam quando dicit super his verbis, *difficile autem*, quod Arist. de separatione intelligit v.g: quæ potentiæ possunt in aliquo esse subiecto absque alio, an vegetatiuæ absque sensitiuis, & hæc absque intellectiuis, uel è contra, non rectè exponit, quoniam de potentijs, & passionibus, quæ in eodem subiecto reperiuntur, loquitur, dicẽs, quod est difficile determinare quomodo separentur, & distinguantur, & sic non respectiuè loquitur respectu diuersorum subiectorũ, sed respectu eiusdem subiecti; in quolibet subiecto sunt potentiæ, & passiones, & accidentia; ut in anima sensitiua

Tex. 10. sensus, & sentire, quod Arist. declarat immediate tex. 10. nam cum sit difficile determinare, ut diximus, quomodo separentur operationes a potentijs, oportet quærere, an sit incipiendum à potentijs, uel ab operationibus, & sic in hoc tex. decimo non proponit decimam, uel aliam difficultatem, ut Toletus: sed prosequitur inuestigationem eius, quod ante pro difficili tex. 9. posuit. dicens in fine tex. 10. sequens propositum, & si incipiendum est ab operationibus, dubitabit aliquis, si prius incipiendum sit ab oppositis, scilicet ab obiectis v.g. in tractatu de anima sensitiua, est dubium, utrum debeamus incipere prius ab ipso sentire, uel sensitiuo, tanquam ab actu, & operatione ipsius sensus, uel ab opposito, scilicet a sensibili, tanquam ab obiecto & deuenire ad sentire, postea ad sensum & vltimo ad substantiam animæ sensitiuæ. videtur autem (vt reddamus rationem necessitatis prædictarum passionum) ut ait tex. 11. non solum definitio esset utilis ad cognoscen-

Reiicitur Toletus.

Tex. 11. dum causas accidentium, quæ per se substantijs insunt, ut in mathematicis cõfert, quid est rectum, & quid curuum, uel quid linea, quid superficies ad cognoscendum quot rectis angulis trianguli sunt æquales. v.g. definitio ignis erit hæc, ignis est elementum calidum, siccum, proprieta-

tes

tes dilatare, & rarefacere. definitio igitur ad propositum nostrum erit utilis ad cognoscēdum causas dilatationis, & rarefactionis,& quare talia accidentia igni insunt, hoc modo demonstrabitur. Proprium est calidi dilatare, vel omne calidum dilatat; ignis est calidus, ergo ignis dilatat. Similiter calidi est rarefacere, sicut frigidi condensare. ignis est calidus, ergo ignis calefacit, ecce quomodo definitio ignis confert ad cognoscendum causas accidentiū, quæ per se substantijs insunt. & reddens rationem huius, dicit, *Nam ipsum quid est omnis est principium demonstrationis*, idest ipsa definitio facit cognoscere causas accidentium, quia est principiū demōstrationis, & tales causas per demōstrationes ostendimus. Videtur igitur nō solum, ut diximus, quid est, cognoscere, utile esse ad cognoscendum causas accidentium: sed & è contrario, accidentia conferunt secundum magnam partem ad cognoscendum quod quid est, scilicet non solum oportet scire causas rerū, sed oportet etiam cognoscere proprietates, & accidentia ipsarum rerum, ut rectè definitio, & essentia rei declarata sit, atque cognita, ideo proprietates, & accidentia conferunt ad quod quid est, idest ad declarandam rem definitam. dixit secundum magnam partem, quoniam non ad cognitionem essentiæ, & causarum intrinsecarum, sed ad declarationem tantum conferunt. Vnde S. Thomas super his uerbis, *videtur autem*, dicens, quod Arist. proponit difficultatē ex parte passionum, cum sint difficiles, quia indigemus cognoscere quid rei ad ipsas demōstrandas, non bene percepit intentionem Arist. quoniam in hoc tex. 11. reddit rationem, ut dixi, necessitatis passionum ipsius animæ. uolens inferre, quod passiones conferunt ad essentiam rei. Nec Toletus cum Philipono, & Simplicio penetrauit processum Arist. dicens, quod dat uiam indagandi definitionem, quod superius dubitauerat; & hæc est uia ab accidētibus ipsius animæ, dico, quod definitio non potest indagari, nisi per diuisionem, uel resolutionem. & hoc superius declarauit esse indagandam per diuisionem. Vnde

Reiicitur S. Thomas

Reiicitur Expositio Simpl. Philoponi, & Toleti.

accidentia

accidentia cum non sint nec diuisio, nec resolutio, non possunt indagare definitionem, ideò dicēdum, ut diximus, quod reddit rationem supradictam necessitatis: quoniā accidentia conferunt ad quod quid est, idest non ad indagandam ipsam definitionem, sed ad declarandam, quoniā postquam habemus uia diuisiua inuentam ipsam definitionem; oportet deinde eam declarare, sed ad hoc faciendum, & ad hanc declarationem accidentia conferunt, idest omnes passiones ipsius animæ conferunt ad eius quod quid est, idest ad eius declarationem, & ad declarandum ipsam iam definitam. Similiter expositio Auer. & Caiet. Thien. qui dicunt, quod cum superius dubitaret, An ab anima, an ab ipsius operationibus incipiendum esset, quę sunt ipsius accidentia, & effectus reddat nunc rationem dubijs. s. quod aliquando substantia est notior accidente, aliquando cōtra, reijcitur, propter supradictas rōnes, quas nō licet repetere. satis est, quod accidētia, ut diximus, conferunt ad quod quid est, & nobis ualde sunt utilia. nam cum cognouerimus clarissimè accidentia omnia, vel plura, habebimus quàm optimè dicere de substantia, idest, declarabimus quàm optimè ipsam substantiam, & essentiam. ergo hāc vtilitatem nobis afferunt accidentia, quod peroptimè nobis declarant substantiam, Vnde ibi, *Nam cum per imaginationem* non declarat, & velut quadam experientia probat, vt Toletus, dicit, quod accidentia conferunt ad quod quid est, quia ex his verbis non possumus habere aliquam probationem, sed bene credulitatem, & fidem; & hic non probat, nec declarat; sed ostendit vtilitatem, quæ nobis accidentia afferunt; Quando igitur volumus probare accidentia inesse rei, & substantiæ, necessario vtimur demonstratione, quę demonstratio fieri non potest postea sine definitione, cum omnis demonstrationis principium sit quod quid est. Vnde manifestum est ex iam declarata natura definitionis, quod iuxta eius naturam dabitur talis regula, vt dicit Arist. s. quod omnes illæ definitiones, quæ non faciunt cognoscere accidentia, aut

Reiicitur expositio Auerr. & Cai. Thie.

Reijcitur Toletus

quod

quod de ipsis facilem nobis coniecturam non dabunt, non erunt principia demonstrationis,& ideo vanæ,& dialecticæ,id est non probantes,vel demonstrantes causas ac cidentium,quoniam non explicant rei naturam,nec per ipsas omnes rei passiones queunt percipi. Cum autem hucusque vidimus quasdam difficultates, quæ vertebantur circa potentias,& passiones ipsius animæ,& cum multæ adhuc sint,ideo prosequētes propositum,dicimus cum Arist. text. 12. quod est etiam de affectus, vel operationibus animæ dubitatio. s. vtrum sint operationes communes cum corpore, vel sit aliquis affectibus, vel aliqua passio propria animæ tantum,& non corporis; hoc enim scire est necessarium, sed non est facile, immò difficillimum. Dixit Aristo. *Etiam,*quoniam nondum explicauerat omnes passionum difficultates, quas proposuerat narrare,ita quod per illud *etiam* continuat tex. cum supradictis, volens inferre, quod etiam loquitur de difficultatibus passionum ipsius animæ. Vnde Themist. & Philoponus dicentes, quod nunc vult ostendere difficultatem inquirendi definitionem animæ, ostendendo difficile esse definire passiones ipsius, sunt in maximo errore: quoniam passiones nō definiuntur ad rei definitionem,sed demonstrantur: prætereа,vt dixi, reliquas passionum difficultates prosequitur. Similiter Auer. qui dicit,quod vult duas quæstiones vtiles, & desideratas nunc proponere, circa quas versatur animæ immortalitas, non bene continuat tex. quoniam dicit Arist. *Est etiam de affectibus animæ dubitatio.* ergo ly,etiam,demonstrat,quód nondum expleuit intentum,& propositum. s. omnes difficultates passionum, & ideo illud prosequitur. Etiam Toletus cum S. Thoma mo re suo non intellexit tex. dicit enim ipse,quod cum difficiles quæstiones proposuisset, & quæ sunt ex parte modi definiendi animam, & ex parte ipsius animæ, quod in hoc text. proponitur difficultas ex parte passionum animæ. Dico,quod superius Aristot. non proposuit nisi duas difficultates, primam quoad inuestigandam, & inueniendam

Tex. 12.

Reiiciūtur Themist. & Philopon.

Reiicitur Auer.

Reiicit ex positio. S. Thomæ,& Toleti.

dam definitionem, alteram quoad ordinem explicandi pasſiones animæ. quoniam non ſolum oportet habere definitionem rerum, ſed etiam cognoſcere proprietates, & pasſiones earum, & ſic non ex parte modi definiendi Animam, ſed inueniendi eius definitionem, nec ex parte ipſius animæ, ſed ex parte pasſionum; & ideò cum non perfecerit ſermonem, continuat ipſas difficultates, colligans in hoc text. ſupradicta per ly, etiam, & per ly, de affectibus, uolens inferre, quod etiam, & adhuc dubitatio eſt de pasſionibus animæ. Vnde quamuis proponatur difficultas, ſicut aiunt prædicti, ex parte pasſionum animæ, non proponitur per ea, quæ dicuntur ab ipſis, ſed per rationes, quas declaraui, & ſic continuandus eſt text. Ariſtot. cum præcedentibus. Et quando ipſe dixit hoc ſcire eſſe neceſſarium, non intelligit eſſe neceſſarium, ut Ioann. Grammaticus, ad definiendam Animam: quoniam, ut diximus, pasſiones non conferunt ad eſſentiam, ſed ad declarationem eſſentiæ, nec ut Auerr. & Toletus ad cognoſcendam animæ ſeparationem, quoniam quamuis per talem operationem poſſit probari immortalitas, tamen hęc non eſt intentio Ariſtot. ideo dicendum eſt, quod eſt neceſſarium ad cognoſcendam, & declarandam naturam ipſius animæ rationalis, quoniam ſi operationem propriam animæ rationalis ignoraremus, ſcilicet utrum habeat operationem propriam, uel non, ignoraremus naturam ipſius animæ. Quod igitur ſit dubium, difficile, & neceſſarium ſcire, utrum ſit aliqua operatio, ut diximus, ratio in promptu eſt, quoniam plurimi ſunt affectus, & plurimæ operationes, quæ ſine corpore neque agunt, neque patiuntur, quemadmodum iraſci, confidere, & cœtera quæ ſunt ſenſus, ſed maxime ipſum intelligere, eſt ſimile cuidam operationi propriæ. Dixit autem ſimile, quoniam aliquando intelligit cum corpore, aliquando non, & etiam quia non eſt locus determinandi. Dixit, Maxime, in ſuperlatiuo, quoniam per multas cauſas

Reiicitur Io. Gra. circa expoſitionẽ [Neceſſarii]

Reiicit expoſitio Auer. & Toleti.

ſas

tas conspicimus,& per multas coniecturas possumus manifestè videre,quod intelligere, est propria quædam operatio. Quod si hoc intelligere est imaginatio,aut non potest esse sine imaginatione, dubium non est, quod nec sine corpore esse poterit, cum imaginari,& cum imaginatione operari sit agere,& pati cum corpore. Si igitur, vt ait tex. 13. operationum animæ,vel affectuum aliquis proprijs sit ipsius,fieri potest,vt ipsa anima separetur, idest, si ergo Anima habet operationem propriam sibi, & non corpori, fieri potest, vt sit à corpore separabilis, & econtra; si verò nullus sit eius proprius non separabilis est, idest, & si nullam sibi operationem propriam absq; corpore habebit,non erit a corpore separabilis. Veluti puncto pilam æneam tangere, non tamen ipsum vnquam separatum tanget; est enim inseparabile quippe, cum semper aliquo cum corpore sit. Toletus autem volens continuare hunc tex. cum præcedentibus dicit, quod Aristo. nunc vtilitatem proponit,& necessitatem,quoniam scire hanc operationem, est necessarium ad immortalitatem animæ,dico, quod quamuis sit necessaria ad immortalitatem animæ, tamen non est necessaria ad intelligentiam text. Arist.& suæ intentionis,quoniam non proponit,nec vtilitatem,nec necessitatem,immo postquam reddidit rationem dubij, & necessitatis circa scire vtrum sit operatio aliqua propria, vel non, nunc conclusionem conditionalem ex supradictis elicit, quod per ly, *igitur* manifestatur clarissime, nec alio modo verba Arist. possunt currere,quæ mea expositio rationi, & literæ, atque supradictis consona est. Per operationem postea separabilem, & inseparabilem,intelligit Arist. operationes; quæ possunt exercere, & non exercere cum corpore: vt homo potest intelligere absque phantasmate,& imaginatione, quamuis sit in corpore,ergo cum anima potest hanc operationem ædere absque auxilio phantasię,& imaginationis, ergo potest separari a corpore, quoniam id quod non operatur cum corpore, neç dependet a corpore, separari potest.

Reiicitur expositio Toleti.

Reiicitur paulus Venetus.

Reiiciũtur Them. & Auer.

Declaratio illius [cõtingit] secundum Io. Gram.

Reiicitur expositio. S. Thomæ Simpli. & Io. Gram. & Tolet.

Reiicit̃ expositio Aegid. Apol. & Caiet. Thien.

test. Præterea qui dicunt, quod argumentatur Aristo. text. 11. de opposito antecedentis ad oppositum consequentis, & quod est argumentatio vitiosa, ignorant continuationem tex. & præcipuè Paulus Venetus dicens, quod locus est incorrectus. Nam litera habet optimum sensum. præterea hic non argumentatur, sed concludit conditionaliter, quod superius dixit. Nec est dicendum, vt Them. & Auer. quod in conditionalibus de contingenti valet ille modus arguendi, quoniam proponit conclusionem conditionalem necessariam, & non contingentem. Vnde, vt ait Io. Gram. illud contingit, sumitur pro necessario, & sic non argumentatur, sed concludit conditionaliter supradicta. Vnde S. Thomas, Simplicius, Io. Gram. & Toletus non videntes hanc conclusionem conditionalem dixerunt, quod proponuntur duo canones, seu duæ maximæ, quarum altera sit, Si est propria operatio animæ, ipsa est separabilis: altera, si nulla est propria, non est separabilis. Non ne manifestum est, quod non sunt canones doctissime vir, sed illatio, & conclusio supradictorum? Et vltimò Aegid. Apolli. & Caiet. Thien. dicentes, quod in terminis conuertibilibus valet similis arguendi modus, etiam ipsi hanc conclusionem conditionalem ignorarunt. & ideo cum aliis etiam ipsos reiicimus. & ad sciendum quare Aristo. posuit conclusionem conditionalem est, quoniam non est locus proprius determinandi veritatem, & semper vbi non est locus proprius conditionaliter loquitur, vel per ly, si, vel per ly, videtur, vel forsan, vel quasi, vel per alios consimiles terminos scientificos.

Cum hucusque proposuerimus scientificè omnes difficultates, & quoad inuentionem definitionis ipsius animæ, & quoad ordinem explicandi eius potentias, & passiones, tempus est, vt calamum conuertamus ad speculandum cuius artificis sit considerare de ipsa anima, cum cognitu sit difficillima, quia mediæ est naturæ, & quoniam hoc sciri nõ potest melius quàm per passiones suas, ideo ab ipsis exordium sumendum est, quoniã si pro comperto

habuerimus, & probauerimus omnes pasſiones eſſe cum corpore; concluſum etiam erit conſiderationem de Anima ad naturalem pertinere. Sed videntur, vt ait tex. 14. & omnes affectus animæ cum corpore eſſe, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, gaudium, odium, denique atque amor: nam vnà cum his, ipſum corpus aliquid patitur. Dixit autem *Videntur* non vt Toletus, quia non omnes paſsiones, vt intelligere, prorſus communes ſunt, ſed ſenſitiuæ, & appetitiuæ, ac vegetatiuæ. Sed dixit *Videntur omnes*, quia etiam intelligere, quando homo intelligit cum phantaſia videtur eſſe cum corpore, & communitatem habere cum corpore, quamuis intellectio poſsit eſſe ſine imaginatione, & ſine corpore; & quia Ariſto. intentio eſt tractare de anima, prout eſt corpori coniuncta, ideo dixit, videntur autem, & animæ paſsiones omnes, quoniam quando eſt coniuncta cum corpore, vt plurimum intelligit cum phantaſia, & cum eſt facta naturalis ſemper cum phantaſia. ſed quia poteſt etiam ſine phantaſia intelligere, cum facta eſt intellectualis, ideo dixit *videntur*, quia in rei veritate poteſt ſine corpore intelligere, & per conſequens ſeparari ab ipſo, vt videbimus. Similiter non reſpondet Ariſt. dubio propoſito, quod animæ videntur communes, vt modum definiendi paſsiones animæ det, & vt doceat cuius artificis ſit eas conſiderare, vt idem Toletus dicit: quoniam non vult dare modum definiendi, paſsiones animæ, nec oſtendere cuius artificis ſit eas conſiderare, ſed per operationes ipſius animæ, quæ ſunt cum corpore, & per conſequens per materiam definibiles vult oſtendere, & concludere, quod ad phiſicũ pertinet principaliter de anima tractare. Quod quidem ſint paſsiones cum corpore, ex hoc apparet, quia aliquos experimur non iraſci, quamuis habeant multas cauſas, & manifeſtas iraſcendi: alios minima de cauſa iraſci, quia ſanguis feruet circa cor, quod alio maiori ſigno patet, quia aliquis abſque cauſa nullius terroris ita timet, ac ſi ſibi terribilia omnia præſentata eſſent. Sed inſurgit dubi-

Tex. 14.

Reiicitur Toletus.

tatio, quare cum sint passiones multæ animæ vegetatiuæ, sensitiuæ, & intellectiuæ, loquutus est tantum de istis. Dicit enim Toletus, qui vult omnia ponderare, quod Arist. non explicauit omnes has, sed solum eas, quæ sunt appetitiuæ, quia illæ propriæ passiones dicuntur, quia cum alteratione sensibili fiunt. At vegetatiuæ operationes, actiones sunt, sensitiuæ verò non sunt cum propria alteratione, hæc non est mens Arist. nec minus ab ipso potest percipi mens sua, quoniam non attingit modum procedendi philosophi. Semper Aristo. in omnibus rebus procedit, vel in inueniendis rebus, vel in declarandis a notioribus, & facilioribus nobis, ideo loquutus est de his, tanquam nobis notioribus, & ab omnibus quotidie experientia probatis; & sic intelligitur intentio, & Aristo. tex. Cum ergo signis manifestis ostenderimus, passiones omnes animæ esse cum corpore, ponamus illationem conditionalem cum consequentia, & conclusione supradictorum dicentes, quod si ita sint, vt ait tex. 15. idest si verum est, ut demonstrauimus, quod affectus omnes sunt cum corpore, manifestum est rationes talium affectuum esse in materia, & a materia depēdere, hæc est illatio conditionalis: deinde ponit consequentiam illationis dicens, rationes affectus sunt in materia, ergo definiuntur per materiā, ut ira est motus talis corporis, aut partis, aut potentia. Dixit *potentia* tanq̃ materia proxima, qui a est in potētia irascibili: dixit *partis*, quia fit in corde: dixit *corporis* tanq̃ in uniuersali subiecto. deinde ponit conclusionem ex dictis fabricatam, quæ probat quod text. 14. incepit perquirere scilicet, quod ad naturalem spectat tractare de anima, ideò dicit, idcirco naturalis est de Anima, vel omni, uel tali considerare, idest ergo naturalis stantibus dictis, de anima uel omni, uel tali considerabit. Ponit Arist. illationem conditionalem, quoniam intelligere potest esse sine phantasia, ut diximus, & quia non est locus proprius determinandi, hoc ideò loquitur dubitatiuè, & conditionaliter. Dixit autem, *idcirco*, uel, *& propter hæc*, ut alius

Reiicitur Toletus.

textus,

textus, uolens inferre, & per ea, quæ diximus, & quia passiones habent esse in corpore, & per materiam definiuntur, concludimus phisici esse considerare de Anima. Dixit de Anima, idest uegetatiua, & sensitiua tanquam nobis notioribus: dixit uel omni, idest rationali, & quia aliquando fit tota intellectualis, cum sit mediæ naturæ, ideò dixit, uel tali, idest de rationali tali modo considerata, prout scilicet, coniuncta est corpori, & cum phantasia intelligit. Reijciantur ergo omnes illi, qui super illud, *omni*, loquũtur, uel de intelligẽtijs, uel de anima separata a corpore, uel de rationali anima, quantum ad gradum intellectiuum, & maximè omnes illi, qui adiungunt textui, *Non*, dicentes, *Non de omni*, & inter Modernos Toletus illud, *Non* apposuit, quoniam non debet poni, ideò sicut non satisfacit in expositione de omni, & tali, sic non bene ponendo illud. Præterea nõ concludit, ut dicit idem Toletus, Arist. in genere tm̃ ad phisicũ ptinere tractare de anima, sed ẽt in specie, prout est talis, idest cum operatione corpori cõiuncta. Vnde nolẽs iste uir cum alijs distinguere illa tria, scilicet animam ab omni, & omni, a tali, vel huiusmodi, uarias phantasticas expositiones in medium attulerunt omnes. sed ipsis parcendum est, quoniam in principio ab intentione Arist. deuiant. Vnde paruus error in principio maximus in fine, ambulant enim de errore in errorem, & de paruo in maximum.

Reijciũtur oẽs circa expositionem illius [omni]

Reijcitur Toletus.

Cum ergo per esse passionum animæ in corpore, & earundem definitiones in materia conclusimus cum Arist. ad phisicum pertinere tractare de Anima, arguentes sic. Ea quæ habent passiones in materia, & per materiam definibiles, sunt considerationis naturalis, Anima habet passiones in materia, & per materiam definibiles, ergo anima est considerationis naturalis, cum talis conclusio inferatur ex maiori propositione dubitatiua, quoniam dubiũ esse potest, utrum solus phisicus sit ille, qui considerat res, in materia, uel sit etiam alius; quod si esset alius, ergo passiones animæ, quæ sunt in materia, possent ab alio consi-

derari; & per consequens non bene conclusimus cum Arist. esse phisicæ considerationis ipsam Animam, ideò ad præsens oportet illam maiorem propositionem confirmare, ut conclusio indubitabilis remaneat scilicet, quod phisici sit considerare de anima. Quando ergo inuenerimus, quod phisicus solus considerat ea, quæ sunt in materia, & non alius, perfectè confirmabimus passiones animæ a naturali considerari, & per consequens conclusionem prædictam; animam scilicet esse de consideratione phisica. sed antequam hoc inueniamus, cum inuētio omnium rerum, uel fiat per resolutionem, uel per diuisionē cum præcedenti differentia si datur, ponemus prius differentiam inter phisicam definitionem, & non phisicam dicentes, quod phisica, ut ait tex. 16. est illa, quæ definit per materiam. ut, ira est sanguis motus circa cor. & dialectica, idest non phisica definit per formam. ut, ira est appetitus vindictę. etiam alio exemplo utentes dicimus, quod definitio non phisica est, Domus est operimētum arcens pluuias, & uentos. phisica est, Domus est constructum ex lapidibus, lignis etiā, ita quod per hęc duo exēpla concludit, quod phisica respicit, & definit per materiam: nō phisica, vel dialectica per formam. Posita igitur ista differentia, methodo diuisiua possumus procedere, & inuenire quale genus definitionis competat phisico hoc modo, Aut phisicus versabitur circa materiam, aut circa formā, aut circa utrunque, quam diuisionem interrogatiuè facit Arist. Cum igitur sufficiens diuisio sit, debemus incipere ad inueniēdum genus definitionis phisicæ per requisitionem membrorum datæ diuisionis, incipientes a primo membro: Illorum autem, ut dicit tex. 17. aliquis idest dicimus, quod aliquis illorum duorum est phisicus, scilicet ille, qui uersatur circa materiam. & hoc simpliciter dicit, quoniam ita notum est phisicum circa formā versari non posse, sicut notum est ipsum considerare motum. de alio membro nihil dicit, quoniam si ille qui circa materiam versatur, est phisicus, ergo non alius, qui circa formam ver

Tex. 16. (margin)

Tex. 17 (margin)

satur

fatur erit phificus: deinde dixiffet, uterque illorum eft, & non aliquis, ideò præfupponit, quãdo dicit, *eft aliquis*, quod alter reijciatur, hoc femper facit Arift. breuitati ftudens, & aduertendum, quod tex. debet incipere ibi, *illorum autem*, & non ibi, *aut non eft aliquis*, quia ibi incipit inuenire genus definitionis phificæ. Vt igitur tertium membrum phifico applicare pofsimus, dicimus, quod nullus eft, qui verfatur circa affectus infeparabiles a corpore, & inquantum non feparabiles præter philofophum naturalem, cuius ratio, eft, ut ait Arift. quia ipfe folus eft, qui omnes operationes, & affectiones, quæ in corpore, & in materia funt, confiderat. Cum ergo ita fit, ponamus cõclufionem exclufiuam, & dicamus, ergo qui circa illas operationes, & affectiones, quæ in corpore, & in materia non erunt, verfabitur, non erit naturalis, fed alius, ideft alius artifex, uel fcientificus. Vnde fequitur ex dictis, quod tertium membrum perfectè, & propriè phifico tantum cõpetit, fcilicet, quod confideret materiam, & formam: quoniam arguo fic cum Arift. ille qui confiderat omnes operationes, & affectiones quæ in corpore, & in materia funt, confiderat materiam, & formam. Solus phificus, ut diximus, confiderat materiam, & formam, quod comprobatur inductiue per diuerfum modum definiendi aliarum fcientiarum, quoniam qui circa aliquas affectiones, & non omnes in materia exiftentes confiderat, eft artifex aliquis, uel medicus, & non naturalis; quoniam funt aliquæ artes mechanicæ, quæ confiderant non omnes, fed aliquas materiæ affectiones, ut ligni, uel ferri, uel alterius aliquas qualitates materiæ, & arti conuenientes, at non vniuerfaliter omnes pafsiones. Similiter Medicus confiderat pafsiones non feparabiles, fed non omnes, fed aliquot in particulari. & qui confiderat res, quæ non feparantur re a materia, non ut in materia, fed abftrahendo, & remouendo, eft Mathematicus; qui verò confiderat ea, quæ non funt in materia feparate totaliter, hic eft metaphificus, & ideo dicit, *Secundum autem, quod feparate primus philofophus*, ideft fecundum quod

considerantur formæ,& passiones separatæ a materia, est consideratio primi philosophi.s.methaphisici. Cum ergo comprobauerimus solum phisicum concernere materiã, & formam,& materiam etiam solam, & definire per materiam,& formam,& aliquando per materiam tantum,ad differentiam aliarum scientiarum, redeamus vnde digressi sumus, & dicamus cum Arist. tex.18. quod recte dicebamus, supple superius passiones animæ non esse inseparabiles a naturali materia, idest esse considerationis naturalis scilicet rectè dicebamus,quod ea, quæ habent passiones in materia,& per materiam definibiles, sunt considerationis naturalis,ut ira,& timor,& non sicut linea, & planum, quæ a materia abstrahuntur, & sic confirmauimus cum Arist. passiones ipsius animæ esse considerationis naturalis, & per consequens conclusionem supradictam .s. phisicum de Anima considerare,cum solus ille propriè,& perfectè consideret materiam, & formam. Vnde ex hac mea expositione,videntur multi errores expositorum, & præcipue Noui Toleti,qui dicit,quod Arist. tex.16. ponit differentiam phisici ab alijs artificibus, & principaliter a dialectico,qui easdem passiones definit. Primus error est circa intentionem Arist. qui non ponit differentiam phisici a dialectico, quia easdem passiones definiat, sed non ponit differentiam inter phisicam definitionem, & non phisicam, ut possit methodo diuisiua deinde ostendere, quale genus definitionis competat phisico. Secundus error est,quod per dialecticum credit cum alijs Arist. intelligere logicum,quod est penitus falsum. Non nè tex.11. in fine dixit, ut uidimus,quod illę definitiones, quæ non faciunt cognoscere accidentia, sunt dialecticæ, & uanæ. Non nè per *dialecticæ*, ibi intelligit Arist.id, quod contradistinguitur a uera definitione?quod nihil aliud est, nisi apparentes illæ definitiones, quæ non faciunt cognoscere accidentia,& tales sunt dialecticæ,& uanæ, idest,non definitiones,quia quod vanum est,non est.Ita hic per dialecticum intelligit Arist. id quod contradistinguitur a phisico

Tex. 18

Reiicitur Toletus.

sed

sed id quod contradistinguitur a phisico, est ille artifex, qui non per materiam definit, sed per formam, ideò dixit, Differenter definiet phisicus, & dialecticus, idest differenter definiet phisicus, qui definit per materiam ab illo, qui definit per formam, qui est dialecticus, idest non phisicus, quia solus phisicus per materiam vere definire potest, ut uidimus. & hoc comprobatur ratione, quod per dialecticum non intelligit logicum Arist. quoniam si per dialecticum logicum intelligeret, æquiuocè loqueretur, quoniã dialecticus non dicitur proprie definire, neque per materiam, neque per formam: quoniam logica est scientia, quæ non versatur propriè, neque circa materiam, neque circa formam, sed est instrumentum omnium artium, & scientiarum, quæ docet uias inueniendi, declarãdi, atque disponẽdi omnes artes, atque scientias, docet enim, quid sit demonstratio, quid definitio & huiusmodi, ergo ipsa propriè non definit, sed per similitudinem in definiendis rebus intentionalibus ponit materiam, & formam. s. genus loco materiæ, & differentiam loco formæ, & hoc accipit a naturali. scientię enim omnes sunt circulares, & vna indiget alia aliter principia quæ supponuntur in scientijs aliquando essent falsa, si ab alia scientia non possent probari; & si essent falsa. ergo etiam scientiæ falsæ. quod est penitus absurdum dicere. Sic igitur logicus indiget naturali, si vult definire per materiam, & formam, cum solus naturalis definiat per materiam, & formam, & quia est distinctus logicus a naturali, ideò per similitudinem definit & impropriè. Vnde uani sunt illi, qui quærunt in libris de Anima, an dialecticus definiat per formam, cum de dialectico non loquatur Arist. & cum tractare de hac quæstione pertineat ad logicum, & non ad naturalem; Vnde quærere hoc in libris de Anima, est transcendere de genere in genus. Quare ergo o doctissime Tolete nouæ expositionis professor sequi expositores, & non intẽtionem Arist. rei, & denique veritatis? Non ne cæcus cæcum ducit, & ambo in foueam cadunt? Quare quæso committere tertium

Reiicitur Toletus.

tium

Errores Alberti, Ianduni, Cai. Thien. & ferè omnium.

tium errorem, & simul cum Alberto, Ianduno, Caiethano Thienensi, & ferè omnibus quæstionare in libris de Anima, & in expositione proœmij, an dialecticus definiat per formam, cum Arist. per dialecticum non intelligat, ut dixi, logicum, & cum hęc quæstio sit logica, & non phisica? & quare ponere in explicatione talis quæstionis primum fundamentum de materia ex qua, in qua, & prædicationis cum quadam differentia inter materiam substantiæ, & accidentia? & secundum fundamentum de generibus, & prædicatis essentialibus in substantijs sensibilibus? quare primam conclusionem cum distinctione inter logicum, & dialecticum? quare secundam, & tertiam conclusionem cum discrimine definitionis substantiæ, & passionum? & ad quid, denique tot argumentationibus, & solutionibus mentes hominum confundere, veritatem illaqueare, & paginas deturpare? Cum uno uerbo resoluatur, quod logicus similitudinariè, & impropriè definit per materiam, & formam accipiens a naturali, ut diximus, hoc enim est proprium scientiarum, quod una alteri seruiat, ut perfectè tractari possint. Sed quoniā modus scribendi, & scientiarum processus nostris temporibus a multis forsan ignoratur, ideò quotidie a philosophastris nouæ expositiones inueniuntur. et hæc satis quo ad explicationem intētionis Arist. et expositionem illius nominis, *Dialectici*. Præterea in illis uerbis, *Quis igitur phisicus horum?* dicit idem Toletus, quod duas mouet quæstiones, altera quæ sit magis phisica definitio, quæ datur per formam, an quæ datur per materiam, an quę ex vtroque. Altera quęstio est illarum duarum, scilicet per materiam, et illius quæ est per formā, utra sit phisica, et hoc est quod dicit. Illarum utraque quę, i. ex illis duabus prioribus, quę est phisica magis. Dico, quod non mouet quæstiones Arist. sed posita differentia inter phisicam, et non phisicā, definitionem methodo diuisiua, ut diximus, incipit interrogatiuè inuenire, quale genus definitionis considerat phisicus; et hæc est intentio Aristo. Non ne uides,

Reiicitur Toletus.

quod

quod ponit unam sufficientem diuisionem? non nè scis, quòd sufficiens diuisio vtitur in inueniendis quę quærun tur?Sic Arist. per sufficientem diuisionem inuenit quale genus definitionis competat phisico, & in omnibus suis libris hoc modo procedit. Sufficiens diuisio hæc est, Phisicus aut versatur circa materiam tantum, aut circa formam tantum, aut circa vtrumq; vlterius diuidi non potest, cum hoc fecit incipit inuenire genus definitionis phisicæ, per requisitionem membrorum, incipiens a primo membro, confirmans quod illorum vterq; aliquis.i. qui uersatur circa materiam, est phisicus.s.qui definit per materiam, est phisicus, quamuis non perfectè definiat, vnde nō est hæc quæstio, nec interrogatio, secundum meum textum, ut dicat *illarum vtraque quæ?* ut ponis Tolete, immo totum oppositum: nam primum membrum naturali, & phisico applicat, & non mouet quæstionem, nec interrogatiuè ibi potest loqui; quoniam relinqueret imperfectè inquisitionem membrorum, & per consequens non posset concludere solum phisicum perfectè per materiam, & formam definire. Vnde qui dicunt phisicum non definire per materiam; falsum dicunt, & sunt in errore, quoniam potest definire, sed non est perfecta definitio. Vt Aristo. definit animam esse actum corporis phisici organici &c. hæc est definitio per materiam; & siquis diceret Aristo. dicit, quod illæ definitiones sunt uanæ, & dialecticæ, quæ non faciunt cognoscere accidentia rerum, sed hæc non habet formam: ergo non faciet cognoscere accidentia, ergo vana. Dico, quod verum est illud, quod dicit Arist. sed accidentia multa sunt, quædam quæ insequuntur materiam, quædam quę insequuntur formam. sufficit, quod definitio materialis faciat cognoscere omnia illa accidentia, quæ ipsam materiam insequuntur, & hoc vult dicere Aristo. quod si definitio est materialis, & non facit cognoscere accidentia materialia, est vana. similiter si est formalis, debet facere accidentia formalia cognoscere, & similiter si est materialis, & formalis, debet facere cognoscere

Dubitatio

Resolutio

fcere omnia accidentia,& quæ materiam,& quæ formam insequuntur. Vnde concludendum est rectè Arist. primũ membrum diuisionis applicuisse phisico, cum per materiam multoties tantum definiat, & tertium membrum, cum perfectè per materiam, & formam ipse solus definiat.

Epilogus procemii Arist.

Cum ergo secundum veritatem, & mentem Aristo. sit a nobis procemium de Anima præter intentionem Græcorum, Arabum, atque Latinorum expositum pro intelligentia in summa omnium supradictorum, dicimus, quod cum scientia de Anima sit nobilior, & certior aliis, meritò in primis ponenda est. confert enim ad veritatem omnem,& ipsius naturæ cognitionem, quia est quasi principium omnium animalium: vnde volentes tractare de ipsa, oportet ipsam prius definire, & deinde demonstrare eius passiones proprias,& ultimo communes,& quia nõ potest dari vna communis definitio specifica omnium viuentium, sicut potest dari una communis demonstratio probans omnes passiones: ideo (quamuis negociatio erit difficilior) oportebit inuenire plures definitiones, & supposito etiam, quod dentur, vel non dentur plures, hoc non sufficit, quia oportet antea necessario inuenire methodum pro inuenienda definitione generica,& videre, si est demonstratio, uel diuisio, vel resolutio: quoniam forsan erit necessarium pro facilitate nostra, vti methodo diuisiua,& videre an sit substantia, uel accidens:& si accidens, quale prædicamentum sit, vel quantitas, uel qualitas etiam,& si substantia, quæ substantia, & inuento genere, cum in ipso lateant species,& differentiæ, oportebit videre, si in plures species diuiditur, uel sit una tantum anima,& supposito, quod sint plures, inquirere si similis speciei omnis sit anima uel non: & si non, utrum specie, uel genere differant. Et quoniam non solum, ut diximus, essentiam rei oportet inuestigare, sed etiam affectus considerare: ideo cum ipsa anima multas habeat potentias, & passiones, oportet quærere, an prius de ipsa anima,

quoad

quoad ordinem explicandi, uel de potentiis, & passionibus sit tractandum, & si non de ipsa anima, oportet uidere, si prius de passionibus, an de potentiis, & si opera, cum ipsa habeant sua obiecta, uidendum erit utrum ab obiecto, uel ab ipsa operatione sit incipiendum: præterea circa tales operationes, uidendum est etiam, an sint communes omnes cum corpore, uel sit aliqua passio propria animæ, quia si essent communes, esset inseparabilis a corpore: & si aliquam haberet propriam, esset separabilis; hæc est enim totius animæ inuestigatio, quæ anima, cum ut plurimum operetur cum corpore, maxime quando facta est naturalis, ideo de ipsa ad philosophum naturalem pertinet tractare, eo plus, quod ipsam consideramus, prout cum phantasia intelligit. Per hanc igitur nostram dilucidationem super procemio factam, iuxta Arist. mentem, ac per eiusdem reductionem, in summam, claramq; breuitatem reiiciantur omnes, qui hucusq; ipsum exposuerunt, ad plenum.n. neq; perfectè hoc procemium intellexerūt, & præcipue mirabile artificium, quod scientificè ab Ari. pro explicandis libris de anima proponitur. Vnde mirū non est, si tot expositiones, totq; uolumina in Ari. conscripta fuere, cum tamen vnam solam ueritatem scribat, atq; edoceat. Si semel ab aliquo intentio sua explicata fuisset, superfluum esset aliis uerbis, & tot uoluminibus idem repetere. Sed quoniam fere omnes a scopo suo deuiauerūt, ideo unicuiq; licuit nouam expositionem imaginariam, atq; chimericam in lucem ædere, & defendere, falsaque proferre, textum, & literam deprauare, & tandem Aristo. calumniare. Hinc super eodem procemio contentiones, hinc de immortalitate animæ Aristo. dubitatio, & hinc denique super uno uerbo infinitæ digladiationes: Quomodo quæso possunt expositores, libros de anima intelligere, si procemium ignorant, in quo sub typo relucet tota sua intentio, suumque artificium? O tardi ad intelligentiam Modernuli, nondum cognoscitis cæcitatem uestram, quare sequi Scotum, S.Tho-

Manifestatio errorū expositorū

Sanctum Thomam, Bacconem, Durandum, Heruecum aliosque infinitos, & non patrem scientiarum Aristotelem? Nemo enim dat quod non habet, ignorantes Aristot. non possunt docere Aristotelem; Sequimini textum suum, examinate ipsum; speculamini inuentionem, declarationem, atque dispositionem rerum, & quod quæritur inuenietis. & hæc nobis sufficiant: ad alia transeamus.

Caput Secundum.

VOLENS inuestigare animæ definitionem, ne ab opinionibas alioram contrariari possit, uarias antiquorum sententias de Anima proponit; & per praxim exequens, quod in proœmio promisit methodo diuisiua procedens reijcit, ut a notioribus nobis incipiat primo opiniones illorum, qui accidens ipsam fecerunt, & deinde qui eam quid ex elementis compositam esse dixerunt.

EXPLICATO proœmio, tempus est primum librum de Anima percurrere, & artificium iam manifestare, ut videamus, si quæ in proœmio proposuimus, ad mentem Aristotelis exequimur. Incipientes igitur dicimus, quod postquam in proœmio umbratim more pictorum totum sermonem de Anima, tribus libris tractandum figurauerimus, nunc in tex. 19. incipimus delineare ipsum, & examussim pertractare, & quoniam inuenienda, & declaranda est ipsa animæ definitio, sicut proposuimus in proœmio, ideò dubitandum prius est, quomodo inueniēda sit, atque declaranda propter multas antiquorum opiniones. Ideoque proponemus omnes suas sententias, ut si quid ueri dixerint, recipere possimus, & si quid falsi, reijcere. & principium inquisitionis congruum erit, si prius uidebimus, quomodo animam Antiqui definierunt. Nam quidam tenentes, quod omne mouens moueatur,

Expositio tex. 19.

respi-

respicietes ad motum animantium, definierunt animam per motum, dicentes esse id, quod mouet, & seipsam mouere alij, quia respexerunt ad sensum, & ad cognitionem animantis, dixerunt eam esse ex principijs, & ponebant simile simili cognosci: & quia anima cognoscit omnia, ideò ex principijs omnibus constare dicebant. & horum quidam ex uno, quidam ex duobus, quidam ex tribus, & quidam denique ex quatuor, iuxta eandem opinionem, quam de numero principiorum habebant. Alij respicientes, & ad motum, & ad cognitionem, definierunt animam per utrunque, dicentes esse numerum seipsum mouentem. per numerum enim intelligebant, quod ex principijs rerum cōstat, quę apud ipsos numeri sunt. Hęc enim quæ diximus, proponit Arist. implicitè, cum dicit, *Animatum igitur etiam*, uolens inferre, quod per motum, & sensum definierunt animam. vnde implicitè loquitur, subintelligens, quod Antiquorum alij per sensum tantum, alij per motum tantum, & alij per motum, & sensum definierunt animam, ut inferius explicitè demonstrat. nam in sequenti tex. 20. incipit narrare opiniones illorum, qui per motum, animam definierunt. In tex. 25. ponit opiniones illorum, qui per sensum. In tex. 28. opiniones illorum, qui per motum, & sensum. Vnde Arist. in narratione istarum opinionum, ut a notioribus nobis incipiat, cum iam in ultimo uelit concludere, quod anima sit substantia, ponit primo opiniones illorum, qui animam accidens esse fecerunt: & deinde opiniones illorum, qui ipsam substātiam esse dicunt. Dixit enim in principio, *Dubitantes*, propter multas definitiones Antiquorum, de Anima. Dixit, *inuenire*, propter definitionem animæ, quam methodo diuisiua inuenit. Dixit, *percipere*, respectu declarationis ipsius definitionis inuentæ, quæ fit per demonstrationem ipsarum passionum, per suas causas. Erubescant igitur omnes illi, qui exponunt hoc principium: quoniam non solum uerborum ponderationem prætermittunt, sed nihil de methodo, atque artificio Ar. loquuntur immo multi exponunt

Aïæ definitio per motum secūdum antiquos.
Aïæ definitio per sensum.
Aïæ definitio per motum, & cognitionē.
Quid tractat Arist. in tex. 20. 25. & 28.
quare Ar. pri° opiniones illorū qui aïam accidēs fecerūt, dein de qui substantiam.
Pōderatio uerborum Tex. 19
Defectus expositorū

nunt tantum procemium, & opiniones antiquorum prætermittentes ad secundum librum recurrunt, sic fecit nostro tempore Marcusantonius Ianua, qui claritate, facilitate, uenustate, facūdia, ac grauitate sua alliciens iuuenes profitebatur se solum libros de Anima Arist. intelligere, & tamen nec artificium suum cognouit, nec textus conti nuare sciuit, nec eius propriam intentionem intelligere. & si quædam in procemio, & in secundo libro, ac in quibusdam locis de diuisione, & definitione tetigit, breui quodam sermone, & per accidens ipsa annotauit, nec ad vsum totius libri Arist. ipsa applicauit, sed more aliorū te xtus in duas, tres, vel quatuor partes diuidit, modo huic, modo illi adhærens, prætermittens necessitatem eorum, quæ dicuntur, & sic omnia declarat, & exponit, cum infinita confusione opinionum Therapolini, Hispani, Pomponacij, Suessani, Portij, & aliorum. Vnde merito dici debet, fuisse tempestate sua non verorum philosophorum, sed philosophastrorum princeps, & taceat etiam ultimas expositorum Toletus, qui ne verbum quidem de Methodo Arist. facit. Propositis igitur opinionibus Antiquorū, tex.35. ponit conclusionem, dicens. Hæc igitur sunt, quæ de anima tradita sunt a maioribus nostris. & hæ sunt causæ, ob quas illi talia de ipsa anima dixerunt. Facta igitur cōclusione, incipiamus per praxim exequi, quod in procemio tex.6. diximus. Non ne ibi dictum est, quod primum fortassis necessarium erit, diuidere, & videre, an sit substātia, uel quantitas, uel qualitas, uel aliquid aliorum prædicamentorum? incipiamus igitur refutare opiniones illorum, qui animam esse accidens dixerunt, dicentes, ut habetur tex.36. Quod non solum est falsum dicere animam seipsam mouere, sed etiam impossibile ipsi animæ esse motum; & quod non est necessarium omne mouens moueri, ut alibi dixit: & sic inquirentes hoc, & uolentes inuenire, an genus animæ sit motus, utemur methodo diuisiua cū præcedenti distinctione, ut facit Arist. tex.37. Nam inuentio, quæ fit, aut per diuisionem, aut per resolutionem sem

Defectus Toleti. Tex.35.

Vsu demōstratur methodus in procemio proposita.

Tex.36.

per cum præcedenti distinctione fit, si opus est, ut in expositione procemij diximus. hic autem opus est, ideo distinguimus de motu. nam dupliciter aliquid mouetur, uel secundum se, uel secundum alterum. secundum alterum dicitur moueri, quãdo id, in quo est, mouetur. vt, Nautę existentes in naui mouentur, dum ipsa mouetur: sed non eodem modo. Vtrunque, quoniam nauis secundum se, nauta per accidens, & respectu nauis. Vnde Toletus dicit, quod hic impugnat secundum dictum, scilicet, quod animæ insit secundum se motus, in cuius gratiam primò distinguit. Dico, quod in generali vult ostendere, quod anima non est motus, & quod genus ipsius animæ non potest esse ipse motus; ideò, cum inuentio generis, ut toties dixi, per diuisionem inueniatur: ideo per methodum diuisiuã hocq; incipit inquirere, quoniam, cum sint quatuor species & quod nulla illarum erit anima ostendet Arist. iam probatũ erit genus animæ motum non esse; & sic intelligitur philosophus, & demonstratur artificium suum, & methodus, qua vtitur pro inuenienda rei veritate. Facta igitur distinctione, si uolumus videre, si anima secundum se moueatur, & sit motus particeps methodo diuisiua, hoc inuestigare incipiemus dicentes; ut ait tex 38. quod quatuor species sunt motus, loci mutatio, alteratio, augmentum, & diminutio. vnde si anima mouebitur; vel secundum vnum istorum mouebitur, vel plures; vel secundum omnes. si verò non mouetur anima secundum accidens, natura inerit motus ipsi, & per se mouebitur, & si per se mouebitur, in loco, erit per se, cum omnes isti motus sint in loco. Dicit enim Toletus, quod supposita distinctione illius, quod mouetur, dicit quæstionem esse de motu secũdum se. An cum animal mouetur, tunc anima secundum se motum participet, & moueatur: hoc enim affirmant isti philosophi. & dicit, quod probat multis rationibus, animam moueri non posse secundum se, quarum prima sic potest deduci. Omne, quod mouetur aut alteratione, aut diminutione etiam: sed anima horum nullum, ergo

Reiicitur Toletus.

Tex. 38. Methodo diuisiua inuestigat, si motus è genus definitionis ipsius animæ

C etiam

etiam Dico, quod hæc non est prima ratio, sed diuisio, per quam diuisionem vult ostendere, quod anima non est motus, quia cum quatuor sint motus, supposita distinctione, vult cum illa percurrere per membra diuisa; & non facere primam rationem, quoniam esset vna ratione, & in cõfuso redarguere omnes, qui animam motum esse dixerũt. sed hæc non est intentio Arist. est enim sua intentio, vnãquanque opinionem redarguendo membris diuisionis apponere, vt ordine procedat. Tacuit generationem, & corruptionem, quoniam principalis intentio ad præsens est probare, quod anima non sit accidens, & refutare opiniones illorum, qui dixerunt, animam esse accidens, & nõ substantiam. Generatio, & corruptio ponuntur in prædicamento substantiæ, & hoc nec Toletus, nec alius expositor considerauit: quoniam non aduertunt artificium, atque Arist. intentionem. Sequamur igitur ꝑpositum nostrum, & dicamus, quod si anima secundum se mouetur, & non per accidens, quod, vt ait tex. 39. in loco per se mouebitur, cum omnes motus, vt diximus, sint in loco: illa verò, quæ mouentur per accidens, non sunt in loco per se, vt tricubitum, vel album. Deinde, si anima mouetur naturaliter, ergo, vt dicit tex. 40. potest moueri violenter, & econtra. & sic quiescere potest naturaliter, & violenter, & econtra; quia motus naturalis in quietem naturalem, & violentus in violentam terminatur. at animæ hæc inesse non possunt secuudum se, neque si fingere uelimus, apparebit quis sit motus violẽtus, & quæ violentia quies: nam vt anima est, secundum appetitum mouetur. talis autem motus omnis, est naturalis. Præterea, si anima secundum se mouetur, ergo, vel sursum & sic erit ignis, vel deorsum. & sic terra; vel ad media loca, & sic erit aer, & aqua. sed hoc est falsum. Vnde hic tacitè reijciuntur omnes opiniones Antiquorum, qui vnum vel duo elementa, animam esse dicebant. Amplius, si anima mouet suo motu corpus: ergo, vt ait tex. 41. illo motu corporis mouebitur. sed corpus mouetur secundum locum deferens hunc, & illum lo-

Quare diuidẽdi motum Arist. non posuit gnõnẽ, & corruptionem.

Defectus Toleti, & aliorum.

Tex. 39 quod aĩa non mouetur secundum se.

Tex. 40. Alia ratio ponitur, ꝙ anima non mouetur secũdũ se.

Tex. 41. alia ratio ad idem.

 cum

cum.ergo anima poterit deserere corpus, & iterum redire,& sic resurrectio naturalis,cum tamen sit diuina. Amplius,Animal potest impelli,ergo,vt ait tex.42. non secundum se mouetur,si ab altero mouetur violenti.Præterea, si anima mouet seipsam,ergo;vt habet tex.43.& mouebitur secundum se, ergo a seipsa remouebitur, cum omnis motus sit remotio rei;quæ mouetur secundum, quod mouetur. Deinde damnumus cum Arist.tex.44. opinionem illorum,qui dixerũt,animam mouere corpus, in quo est, sicut & ipsa mouetur;hoc enim falsum est, quoniam non posset animal quiescere.nam atomi perpetuo,& naturaliter mouentur, animæ autem motus non est huiusmodi, sed secundum intellectum, & electionem, idest voluntarius motus. Et sic cum Arist.per omnes istas rationes demonstramus, quod anima non est motus, secundum locum, nec solum incipimus cum illo ab opinione illorũ, qui definierunt animam per accidens, tanquam a notioribus nobis,sed etiam a motu, qui omnibus notus est: & non solum a motu,sed a membro diuisionis ipsius motus nobis notissimo.s. a motu locali. & postquam probauimus,quod anima secundum se localiter non mouetur rectè, volentes probare, quod nec circulariter moueatur, proponemus opinionem Platonis, sicut facit Aristo. tex. 45.qui dixit,animã mouere corpus,vt supradicti; & quod ipsa mouetur,quia corpori est affixa, & alligata. Vnde, quia dixit animam esse magnitudinẽ, & circulariter moueri,data occasione ad probandum, quod non sit in quantitate continua,probabimus primò, quod non sit magnitudo, vt totaliter dictum Platonis destruere possimus, & ne alio in loco idem declaremus; & ne denique vno in loco partem istius opinionis tractemus, & alio in loco aliã partem contra consuetum nostrum, & hominis scientifici.Dicamus igitur,vt ait tex.46. quod non bene dixit animam esse magnitudinem, & quod loquutus est de anima mundi, quæ vocatur intellectus;non autem de sensitiua, vel appetitiua.illamque dixit circulariter moueri, & suo motu

Tex. 42.

Tex.43.alia ratio ad idem.

Tex. 44.

Tex.45. Reiicitur opi. Platonis.

Quare Ar. probet,q̃ nõ sit magnitudo.

motu mouere cœlos. Vnde probamus, quod non ſit magnitudo, quia ſicut ait tex.47. operatio intellectus eſt vna, & nõ ſicut magnitudo, & ſi vna, ergo intellectus vnus, & potius eſt ſicut diſcretũ, & indiuiſibile, quã magnitudo. Amplius, ſi intellectus eſt magnitudo, qũo qualibet parte ſua intelliget? Si intelligeret tangendo rem, uel tanget intelligibile in puncto, & hoc non, quoniam cum in eo eſſent infinita puncta, nunquàm poſſet pertranſire; quare nec terminari intellectio, ſi ſecundum omnes partes debet tangere, cum ſint innumeræ, & infinitæ, idẽ infinities intelliget. nam quilibet tactus eſt intellectio. at friuolum eſt hoc, quia contingit aliquid ſemel intelligere. Si vno puncto, & vna parte, & non eſt neceſſarium, quod intellectus tanget ſecundum alias partes, ſequitur, quod non ſit opus, ut intellectus circulariter moueatur, cum abſque tali motu poſſit rem tangere, uel quod ſit magnitudo. nam ſi ut intelligat, non eſt opus, quod totum tangat, ſed ſecundum aliquid ſui, profectò hoc quod tangit erit intellectus. nec eſt neceſſaria quantitas, cum ſecundum illam non tangat, ſi dicas, quod ſecundum totum debet tangere, non uidetur quid ſit tactus partium, ergo intellectus non eſt magnitudo. Amplius, ſi per tactum intelliget, quomodo, ut ait text. 48. ſi erit indiuiſibilis, intelliget diuiſibilia? non enim ſe adæquabit illis, & ſi diuiſibilis, quomodo tanget indiuiſibilia? Deinde, vt nullus ſit locus ſubterfugiendi, probamus, quod non ſit magnitudo circularis. Neceſſarium autem eſt, quod ſi intellectus eſſet magnitudo circularis, quod eius operatio eſſet circularis. nam circuli operatio eſt circulatio, & circulatio eſt circuli, & ſic eſſet abſque principio, & fine, quia circulatio caret principio, & fine. Sed hoc eſt falſum, quia nulla intellectio eſt abſque principio, & fine, ergo intellectio non eſt circularis. Omnis enim intellectio habet principium, & finem: quoniam ſi eſt practica, habet ſuum terminum, quia omnes practicæ terminantur in finem. Si ſpeculatiua, vel erit definitio,

Tex.47. proſequitur intentum.

alia ratio ad idem.

Tex.48. Alia ratio.

Probať qđ aĩa non ſit magnitudo circularis.

vel demonstratio, Si demonstratio, ipsa habet terminos, scilicet, Syllogismum.i.præmissas, & conclusiones: & quamuis ex una conclusione potest inferri alia, non propter hoc est circulus in demonstratione; quia motus talis est potius rectus non circularis; cum non fiat regressus ad principia. Si definitiua finita est: definitiones autem omnes finitæ sunt. Amplius intellectio discursiua dari non potest, quoniam cum circulatio sit regressus frequēs eiusdem oportebit, quod idem sæpe intelligatur necessario, quod falsum est. Nam intellectio assimilatur quieti, potius quàm motui; & sic eodem modo intellectio discursiua, ergo non circulariter intelligit. Amplius, si anima mouet circulariter, quia corpori est alligata, non est, vt ait tex.49. beata, quia esset motus non ex sui natura, sed violentus, & quod uiolentum est, non est beatum. Amplius, si anima, quia est alligata corpori mouet corpus circulariter, vel talis motus, vt ait tex. 50. causa erit animæ substantia, vel ipsum cœlum, non animæ substantia, quia diximus, quod non mouetur per se, sed per accidens, quia corpori alligatur, nec ipsum cœlum, quia corpus cœleste non est causa circularis motus, sed potius anima, nulla ergo causa debetur esse. Vnde cum sit immanifestum, qua causa cœlum circulariter moueatur, ergo anima non mouet corpus, quia corpori sit alligata. Præterea nec causa finalis debetur esse, cur circulariter mouetur, & tamen dici non potest, quod non est causa. nam sicut Deus propter finem aliquem fecit cœlum moueri, ita etiam fecit propter finem, quod circulariter moueretur, & non alio modo. Sed quia hæc non sunt præsentis speculationis, dimittamus ipsa, vt ait text. 51. & damnemus Antiquos, quòd nihil de corpore dixerunt, neque reddunt causam, quare in corpore fit, nec qualiter se habeat ipsum susceptiuum corpus, cum tamen, ut ait tex. 52. cognitio corporis sit necessaria, sicut, & corpus necessarium est ad animam, sunt enim inuicem proportionata, aliter vnum nō moueret, nec alterum moueretur. Mouere, ac moueri inuicem

Alia ratio ad idem.

Tex.49. alia rō ad idem

Argumentum, & locus probās immortalitatem animæ.

Tex.50. alia ratio ad idem

Alia ratio ad idem.

Tex 51. Defectus antiquorū circa taciturnitatē corporis.

Tex.52. Necessitas corpor

inuicem non quibuscunque inest, sed quæ inuicem habent rationem aliquam. Oportet ergo explicare, & notitiam facere ipsius corporis, tractantes de Anima. Amplius, isti nihil de corpore dicentes, videntur, vt ait text. 53. consentire fabulis pythagoricis, idest, quod corpus nullam habet cum anima proportionem, ac ob id animas transmigrare ex corporibus in uaria specie corpora, qđ falsum est. Ita. n. se habet ad corpus anima, sicut Ars ad instra at non quælibet instra cuilibet arti cōpetunt: non. n. tibia arti faciendi tecta, sed quæcunque instrumenta habent propriam formam, secundum quam peculiari seruiunt arti, ergo similiter de anima dicendum est: non enim eadem modo corpus asini, modo hominis, modo leonis potest accipere, ut dicebat Pythagoras. Postquam compleuimus ad mentem Arist. sermonem de motu locali recto, & circulari, & quod satisfecimus primo membro diuisionis proposito tanquam nobis notiori, ueniēdum est ad aliud membrum, scilicet secundum, tāquam ad illam speciem motus, quæ est in prædicamento qualitatis. Et vt potè facilioris cognitionis ipsa quantitate, ideo recte philosophus text. 38. posuit primo loco in diuisione Motus, loci mutatio: secundo loco alteratio: tertio loco augmentum, & diminutio scilicet Prædicamentum ubi, qualitatis, & & quantitatis. Incipiamus igitur iuxta suam dispositionem, reiecto primo membro, percurrere secundum, & refutare, vt facit ipse text. 54. opinionem illorum, qui dixerunt Animam esse Harmoniam; quoniam rationibus communibus est damnata, quamuis compluribus uisa sit probabilis. Hic Toletus dicit, quod confutare prosequitur sententias philosophorum, atque unam impugnat, quam dicit multis fuisse uisam esse probabilem etiam, vnde non notat artificium Aristo. nec reddit causam quare potius hanc, quàm aliam opinionem refutat: causa enim fuit supradicta, ideo ut totaliter possimus eam infringere, distinguimus de Armonia, & dicimus, ut ait text. 55. quod vel est Mixtio, uel compositio: sed nullum istorum

Tex. 53. confirmat alia rōne defect' Antiquorum eē corpus

Proponit percurrere scdm mēbrū diuisionis tanq notius nobis. s. q anima non sit in qualitate.

Tex. 54. incipit refutare opin. lorum, qui dixerunt Animā esse Harmoniā

Expositio Toleti. Reiectio.

Tex. 55.

potest esse, quoniam anima est substantia. Amplius, anima est principium motus, vt omnes fatentur; at harmonia cum sit potius finis, non est principium motus. Praeterea per descriptionem, atque declarationem Harmoniæ compositionis, & Mixtionis, probabimus nullum istorum esse, ut ait tex. 57. Harmonia enim compositionis est proportio magnitudinum sensibilium, habentium positionem inter se talem, ita ut nihil illius generis desit. Harmonia mixtionis est duorum, uel plurium vnio. Non est compositio, quoniam compositio partium corporis non est facilis inquisitionis, cum plures sint compositiones, vt patet, & uariæ partium; sunt enim multa organa, & membra, diuersis composita partibus. Cuius igitur, aut quomodo oportet assignare rationem, quod talis compositio sit anima intellectiua, aut sensitiua, aut appetitiua? Similiter inconueniens est dicere esse mixtionem, quoniam mixtio elementorum, ut habet tex. 58. non est eadem, sed varia proportionū uarietate, ut in osse, & carne. Si igitur anima est mixtio in vno toto erunt plures animæ, nam quælibet pars mista est ex elementis, & ratio con mistionis, & Harmonia est anima, ergo plures animæ. Vnde taxandus est Empedocles, sicut ait tex. 59. qui vnamquamq; partium dicit constare in Harmonia, quoniam non iniuria ab ipso quis petere posset. An ipsa proportio sit anima, an aliud adueniens toti, & membris propter proportionem, & rationem? An concordia, quæ per ipsum est, causa mixtionis, sit causa omnis mixtionis, etiam illius, quæ non est anima, an solius huius, quæ est secundum rationem, & anima est? Et an hæc amicitia sit mistio, & ratio, an aliquid propter mistionem? Hæc igitur dubia insoluta reliquit Empedocles, & probabilitatem suæ rationis, quam ponit tex. 60. relinquimus cum ipso insolutam, quoniam inferius soluetur. Vnde epilogantes supradicta dicimus cum ipso, vt habet tex. 61. quod ex his, quæ dicta sunt, patet animam neq; Harmoniam esse posse, neq; circulariter moueri, sed per accidens, ut diximus moueri,

Tex. 57.

Per descriptionē harmoniæ cōpōnis, uel mixtionis probatur, quòd anima non est harmonia.

Quod aīa non sit mixtio te. 58.

Tex. 59. Taxaī Emped. qui unamquāq; partium dicit cōstare in harmonia.

Te. 60.

Te. 61.

moueri,& per accidens se mouere,dum totum mouet,ut diximus,nec aliter cōtingit ipsam moueri localiter, dum in corpore est, nisi per accidens. Quamuis demonstraui-mus,quod non est in qualitate, quia non est Harmonia, tamen quia passiones animæ videntur esse de tertia specie qualitatis,ideo vt totaliter membro diuisionis satisfaciamus,dubitabimus, vt facit ipse text. 62. si ipsa anima mouetur respiciens ad suas operationes, quoniam dicimus animam tristari, gaudere,confidere,timere,amplius autem irasci, sentire,& cogitare: hi autem videntur esse motus animæ, ergo aliquis opinabitur ipsam animam moueri. Vnde Toletus dicit,quod Arist.contra suam sententiam facit obiectionem,quod anima videatur moueri passionibus,non intellexit artificium Aristo.in principio propositum. Quoniam postquam probauit non esse primum membrum diuisionis propositæ.s. motum ad locum,& secundum membrum.s.in qualitate, quoad Harmoniam,cum passiones animæ,vt diximus, videantur esse de tertia specie qualitatis, mouet dubium,vt ostendere posit,nec quoad passiones esse motum alterationis; ideò tex.63.demonstrat, quomodo passiones animæ mouētur ratione organorum,& non ratione animæ, dicens. Sed non est necesse asserere animam ipsam moueri, nam & si gaudere,aut tristari,aut cogitare sint motus, & vnūquodque moueri tamen ipsum moueri,vt irasci, vel timere ab anima est ratione cordis eo, quod cor hoc modo mouetur.cogitare autem,uel ratiocinari,aut eodem modo mouetur ratione.s.organi,aut forsitan alio modo. Dixit cogitare per cogitatiuam, ideo dixit eodem modo.s. ratione organi. per ratiocinari intellexit animam intellectiuam, quæ sine organo, quamuis cum phantasmate, ideò dixit forsitan alio modo.s.absque organo. Quod verò anima per passiones non dicatur mouere, sed totum per animā, manifestum est,quoniam animam irasci,vel timere simile est, vt ait text.64. atque si quispiam animam texere dicat,vel ædificare.Melius enim fortassis est dicere, nō ani-

Te. 62.proponitur dubium.

Reiicitur Toletus

Declaratio intētionis Arist.

Tex.63.

pōderatio uerborum

Tex.64.

mam

mam misereri, aut addiscere, aut cogitare, sed hominem per animam, & hoc attribuitur animæ, non quod ipsa sit motus, sed quia talis motus prouenit vsque ad animam, aliquando ab anima, vt in sensatione fit motus ab obiecto ad sensum. In recordatione verò, quia operatur discursu fit motus, vel quies ab anima ad ea, quæ sunt in organis sensuum. Postquam probauimus, quod passiones animæ non mouentur ratione animæ, & quod anima non dicitur moueri per passiones, sed totum per animam: nunc comprobabimus per naturam ipsius animæ rationalis, quod nullo modo potest moueri passionibus suis: quoniam si passionibus moueretur, vt ait tex. 65. corrumperetur, sed non corrumpitur, ergo non mouetur; & vt concludamus, quod anima passionibus non potest moueri, probabimus, quod substantia animæ non corrumpitur. Intellectus autem aduenire videtur, & substantia quædã esse, ac non corrumpi. quod si corrumperetur maximè id fieret ex debilitate, quæ fit in senio; & hoc est simile ei, quod accedit circa sensoria sensuum. Quia si animæ senis daretur instrumentum, & oculus iuuenis, videret, vt iuuenis, non igitur patitur anima secundum se, sed secundum corpus. hoc idem accidit in morbis, & ebrietatibus, cum impediatur a suis operationibus. Vnde hic non est intentio Arist. sicut dicit Simpl. & Auer. quod cũ animam per se non moueri probasset motu alterationis, & motu locali, quod nunc ostendit nec corrumpi, transcenderet suam diuisionem, quoniam tacuit motum generationis, quia intentio erat tractare, vt diximus, primò de opinionib. illorum, qui fecerunt Animam esse accidens, & nondum hunc sermonem compleuit. ad quid igitur deserere incœpta, & loqui extra propositum de substantia. Verum est, quod tacitè hic potest resolui, quare non posuit motum generationis, & corruptionis; quoniam si hoc in loco demõstrat animam, quoad essentiam esse incorruptibilem, & inferius quoad passionem, iam manifestum est non generari, neque corrumpi. & quamuis ostendat, quod nec

Tex. 65. p naturã animæ probatur, q non mouetur passionib. suis.

Reiicitur expositio Simpli. & Auerr.

corrumpitur, non propter hoc intentio Arist. principalis est probare non esse motum generationis, & corruptionis, cum nondum sermonem prædicamentorum accidentalium persoluerit; sed vult supradicta comprobare per naturam animæ, quod nõ mouetur passionibus suis, quia est impassibilis, sicut in sequẽti tex. 66. probat, quod nec ꝑ operationes suas põt moueri, neq; alterari, concludens intentum, & resoluens dubitationẽ propositam tex. 62. dicens. Et ipsum intelligere, & speculari, q̃ sunt operationes solius intellectus marcescere, & debilitari, non secundũ substantiam, quia impassibile est, sed alio quodam interius corrupto, idest ratione corporis: sed cogitare, amare, & odisse non sunt passiones solius animæ, sed coniuncti, & habentis intellectum: prout illud habet, quare, & hoc corrupto, neque meminit, neque amat. non erant enim passiones solius intellectus, sed compositi, quod quidem destructum est: Intellectus autem diuinum quidem fortasse, passioneq; vacat. Esse igitur impossibile moueri animam ex dictis manifestum est: quod si non moueri penitus potest, ergo nec a seipsa mouebitur, vt dicebant philosophi. Ex præcedentibus duobus textibus elicitur quid sit formaliter corrumpi, & quid esse causaliter incorruptibile. Nam anima dicitur formaliter corrumpi, quando non operatur propter defectum organorum: dicitur esse incorruptibilis causaliter, idest quoad essentiam, quia potentiæ cum non possunt propter destructionem organorum operari, regrediuntur in essentiam, & ad esse suum a quo sunt, & sic causaliter sunt incorruptibiles. & quamuis non operantur formaliter, habent aptitudinem, dummodo essent instrumenta operandi, sufficit quod causaliter operantur, quod est melius operari. Præterea cum dicit, intellectus autem aduenire, elicitur, quod ab extrinseco aduenit anima rationalis, & non resultat ex corpore, sed creatur: & dixit *videtur*, q̃a non est locus tractandi hoc nisi per accidens, vt comprobet, quod anima non mouetur propriis passionibus, & per consequens non sit in tertia

Tex. 66 ꝓbat q nec opões suas põt moueri aĩa resolués dubitatioẽ te. 62.

Elicitur ex præcedentibus, quid sit formaliter corrũpi, & quid esse causaliter incorruptibile.

Item elicit quomõ aĩa creatur.

Ponderatio uerborum.

specie

ſpecie qualitatis. Elicitur etiam ex rationibus dictis, quod cum anima ſit, & quoad ſubſtantiam, & quoad paſsiones impaſsibilis, quod non ſit accidens, ſed ſubſtantia. Amplius, ex ſupradictis rationibus ſoluitur probabilitas rationis Empedoclis reiecta inſoluta tex. 60. quoniã ſi anima eſt, & quoad eſſentiam, & quoad paſsiones impaſsibilis, ſcitur quare ablato eſſe carnis, ac proportione carnis, & aliarum partium tollitur anima, & quare ablata anima tollitur partium harmonia. Præterea Toletus verborum explorator vltimus dicit, quod per intelligere, intelligit ſimplicem intellectionem: per ſpeculari compoſitam: per cogitare cogitationem ſenſitiuam quandam circa particularia, & propoſitiones particulares. Dico, quod quamuis per intelligere, deberemus exponere intellectionem ſimplicem, quod propter hoc non ſufficeret talis expoſitio, ſed diminuta eſſet, cum ſimplex intellectio poſſit eſſe & cum phantaſmate, & ſine. Vnde, cum intentio Ariſt. ſit tractare de anima, prout operatur cum corpore, ideo per intelligere exponemus non quamlibet ſimplicẽ intellectionem, ſed tãtum propriam illam operationem intellectus coniunctam cum corpore, & cum phantaſmate. ad mentem igitur Ariſto. dicimus, quod cum intellectus poſsit intelligere phantaſiando ſine diſcurſu, & cum diſcurſu: ideo per intelligere, debemus exponere intellectionem diſcurſiuam, & per contemplari, intellectionem ſine diſcurſu: proprium eſt intelligere diſcurrere per cauſas, ſicut contemplari rem definitiue explicare. Per cogitare autem, cognitionem circa particularia, quæ cogitatio eſt operatio intellectus paſsiui, qui corrumpitur formaliter, non autem cauſaliter, ſcilicet corrumpitur ratione organi, & operationis, non autem ratione eſſentiæ.

Reiectio ponderationis uerborum Toleticum declaratione intentionis Ariſt.

Quid p cõtemplari intelligat. Quid p cogitare intelligat.

Incipit percurere tertium diuiſionis mẽbrum.

Poſtquam probauimus non eſſe animam motum ad locum, non alterationis, remanet tertium membrum diuiſionis, ideo incipiemus arguere illos, qui poſuerunt Animam eſſe numerũ ſeipſum mouentem, & arguemus hanc opinionem, niſi quoad illam partem, quæ dicit animam

eſſe

esse numerum, quia quoad illam partem, quæ dicit esse seipsum mouentem, iam decisum fuit superius contrarium, contra primos philosophos in principio positos, ideo probabimus, quod non sit numerus. Multo enim vt ait tex.67. ijs, quæ dicta sunt, irrationabilius dicere animã esse numerum seipsum mouentem. Nam ijs, qui id asserunt emergunt ea primum impossibilia, quæ ex motu, vt vidimus, deinde propria quædam inconuenientia ex eo, quia dicunt ipsam numerum esse, eueniunt. Quo namq; modo vnitatem intelligere oportet, & a quo, & quonam pacto, cum impartibilis sit, & nullam habeat differentiã? si enim motiua sit, atque mobilis, diuersam esse oportet. Amplius dicunt, lineam suo motu superficiem facere, & punctum lineam, vt ait tex.68. etiam vnitatũ motus erunt continuo lineæ, quia punctum vnitas est positionem habens, ergo numerus animæ iam alicubi est, positionemq; habet, quia si talia mouentur ergo lineam faciunt ergo anima non est numerus, sed linea, & cõtinuum. Amplius autem a numero si auferat aliquis numerum, aut vnitatem, relinquitur alius numerus; sed plantæ, & animaliũ multa diuisa, & abscissa parte viuunt, & non mutant speciem, ergo anima non est numerus. Præterea videbitur autem nihil differre, dicere animam esse vnitates, vt ait tex. 69. vel corpuscula parua. Etenim si ex atomis, & spherulis, vel pilulis Democriti fiant puncta, dummodo maneat quantitas, erit in ipsis aliud quidem quod mouet, aliud autem quod mouetur, sicut in magnitudine. Non enim propterea, quod magnitudine differt hoc, aut paruitate accidit, quod in ipso sit aliud quidem quod mouet, aliud quod mouetur. Sed quia est quantum se mouens, siue discretum, siue continuum, constat ex eo quod mouet, & ex eo quod mouetur. Vnde necesse est, aliquid esse motiuũ vnitatum. Quod si anima quæ in animali est illud quod mouet, & id quod in numero mouet anima est: Quare anima non est id, quod mouet, atq; mouetur, sed id quod mouet duntaxat. Præterea qui fieri potest, vt ait tex.70. vt

Impugnatio opinionis illorũ qui aĩam numerum eẽ dicebãt Te. 67.

Alia ratio contra prædictã opi. Te.68.

Alia ratio contra.

Alia ratio contra.

hæc

hæc anima sit numerus vnitatum in corpore? quia oportet vt sit inter ipsam,& alias vnitates differentia. Sed vnici puncti quæ differentia potest dari præter positionem? Si igitur vnitates, punctave quæ sunt in corpore diuersa sunt ab vnitatibus animæ,atque punctis,erunt ipsæ unitates in eodem profecto loco,punctum enim animæ locum occupabit puncti corporis. Atqui quid obstabit, ac prohibebit,ut si duo puncta sunt simul in eodem loco, sint etiã plura duobus, ac infinita? quorum enim locus indiuisibilis est,& ipsa indiuisibilia sunt. Amplius,si puncta corporis sunt numerus animæ, aut si numerus qui ex punctis constat quæ sunt in corpore sit ipsa anima, cur non omnia corpora habent? quoniam in cunctis puncta esse videntur, & etiam infinita? Insuper qui fieri potest, vt ait text.71. vt separentur, ac absoluantur a corporibus ipsa puncta? si quidem lineæ non diuiduntur in puncta,anima verò est separabilis,ergo anima non est numerus. Accidit autem istis ponentibus animam esse numerum seipsum moueri fateri,vt ait tex.72. proprium inconueniens, quod euenit ponentibus animam esse corpus.accidit etiã proprium absurdum Democriti, qui asserebat corpus ab anima moueri: si enim anima sit in omni corpore sentiente, necesse est si ponatur anima esse aliquod corpus, quod in eodem sint duo corpora. sententia etiam horum, qui animam numerum esse censet, fit, ut in vno puncto multa sint puncta, scilicet quod puncta animæ sunt simul cum punctis corporis,& omne corpus animam habere,si non numerus quispiam alius,atque alius diuersus a punctis ipsius corporis superueniat. Acciditque aliud inconueniens,vt ponit tex.73. quod animal moueatur a numero, sicut Democritus dicebat motu atomorum moueri corpus. Quid enim differt sphæras paruas,an vnitates magnas, aut vnitates omnino motus? Vtroque enim modo uel sit numerus vnitatum anima, vel atomi, oportet, quod animal, & corpus ab ipsis moueantur, & mouere animal, quia ipsæ atomi mouentur. Reijcientes igitur opinionem

Alia ratio contra.

Te.71.alia ratio.

Tex.72.

Tex.73.

opinionem dictam concludamus, vt ait tex.74. quod his qui motum, ac numerum in definitione animæ posuerunt, hæc quæ dicta sunt absurda, & alia huiusmodi multa eueniunt. Est enim impossibile non solum numerum, & motũ ingredi in definitione animæ, sed etiam accidentia animæ. Quod quidem patet, quoniã ex definitione hac non possumus assignare causam operationum, & affectuum ipsius animæ, cognitionis inquam sensus, voluptatis, doloris, & huiusmodi. Postquam conclusimus cum Arist. tertium membrum, iam satisfecimus proposito, ex quibus omnibus dictis corollariè sequitur, quod anima non sit accidens, quia quando probauimus, quod non est numerus, nec magnitudo, quantitati satisfecimus: quando demonstrauimus, quod non est Harmonia, neque passio qualitati, quando non mouetur localiter, nec rectè nec circulariter ad vbi; & cum probauerimus deniq; animam esse impassibilem, & quoad substantiam, & quoad operationes, sequitur, quod conclusum sit, quod non sit accidens, quia quod impassibile est, & incorruptibile, nõ est accidens, sed substantia. Præterea si ex complicatione quantitatis, qualitatis, & relationis simul cum substantia resultant alia prædicamenta, & frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. ergo, si per principalia prædicamenta, & per illa per quæ antiqui definierunt animam, probauimus errores suos, & non esse aliquod illorum, remaneat clarum, quod nec aliud sit prædicamentum accidentale omni intelligenti, & scientifico & nulli dubium est, quod Arist. breui sermone conclusisset hanc veritatẽ, nisi ab opinionibus antiquorũ impeditus fuisset. qui volens ipsas destruere ordine, & methodo processus est, ne ab aliquo damnaretur insufficientia, vel obliuione, vel diminutione. Sed redeamus vnde digressi sumus, & epilogantes supradicta, proponamus iam tertiam opinionem, vt incipiamus videre, & inuenire, cum non sit accidens, qualis substantia sit. Tribus autem traditis modis, vt ait tex.75. quibus antiqui definiunt animam, duos iam reprobauimus

Text. 74

Ex pdictis corrolariè concluditur animam non eẽ accidẽs.

Prima rõ.

Secũda rõ.

Cã quare Ari. posuit opin. antiquorum.

Text. 45.

bauimus,& quas contrarietates,atque dubitationes vtraque sententia habeat diximus, & ea quæ dixit animam esse motiuum,quia seipsam mouet.& ea quæ corpus ipsum subtilissimarum partiũ,aut magis quàm cætera,incorporeum esse sensit. Restat igitur tertius modus,atque sententia, quæ ipsam asserit ex elementis constare, quam quidẽ deinceps cõsideremus oportet,atque patet ob hoc ex elementis animam constare dixisse,vt sentiat ea quæ sunt, & rerum unamquanque cognoscat. Incipiẽtes igitur refutare hanc opinionem dicimus, quod hanc sententiam multa profectò comitantur absurda,vt ait tex.76. atque plurima rationi impossibilia habet. Asserunt enim simile simili cognoscere, perinde ac si res omnis esset, vt omnia cognoscat . Verum non elementa sunt solum, vt patet,sed præter elementa multa sunt etiam alia: quin potius infinita numero,quæ constant ex principijs, ac ex ipsis componuntur.Si igitur anima sentiet, vt dicit text.77. & cognoscet vnumquodque illorum,quod ex principijs componitur, quomodo quæso totum compositum cognoscet, vel sentiet? Vt quid sit Deus,vel homo,vel os,vel caro,similiter autem,& quodlibet aliud compositorum? Non enim vnunquodque istorum est ipsa elementa quouismodo se habentia sine vllo discrimine, sed rationem, ac proportionem saltem aliquam includunt, quemadmodum & Empedocles os ex elementis constare censet. Nam dicebat, quod est album, quia constat ex pluribus partibus ignis; fit enim ex duobus partibus terræ, & ex vna fluidi, & altera luminis,idest aeris recepti in infundibulis, idest concauitatibus terræ, & ex quatuor Vulcani, idest ignis. Nil igitur prosunt elementa esse in anima, nisi etiam sint rationes, & compositiones; vnumquodque cognoscet suum simile,os autem non cognoscet anima, vel hominẽ nisi ipsa.s.os,& homo in anima sint.hoc autem, vt impossibile non oportet redarguere,quoniam notum est. Quis enim dubitabit vnquam, si lapis,vel homo, vel Equus insit in anima, similiter & bonum, & non bonum, eodem

autem

Tex.76. Incipit demonstrare absurda, & incõueniẽtia supradictæ opin.

Aliud absurdum.

Intentio Emped. reiicitur.

autem modo,& de alijs inesse in ipsa anima? Præterea,vt prosequamur inconuenientia istius opinionis, cum id, quod est,multipliciter dici soleat, vel substantia,vel quantitas,vel qualitas,vel aliquod aliorum prædicamentorum vtrum, vt ait text.78. ex omnibus istis constet anima, vel non ex omnibus, Sed non uidentur communia omnium esse elementa,& principia, quæ sunt genera primo diuersa.Si ex solius substantiæ principijs constat, quomodo igitur intelligit alia genera? An dicent vniuscuiusque generis elementa propria, atque principia esse,ex quibus anima constat? Erit ergo anima, & quantitas, & qualitas,& substantia;sed impossibile est, nam ex proprijs principijs quantitatis,non fit substantia, sed quantitas. Eos igitur, qui censent animam ex vniuersis constare hæc, & huiusmodi alia inconuenientia comitantur.Inconueniens autem est dicere, vt ait tex.79. quidem simile non posse pati a simili,& quod simile cognoscimus simili, vt simile sentire simili, & simile cognoscere simili, & cognoscere, ac sentire,& intelligere esse quoddam pati, & moueri. Atque multas difficultates,& dubitationes Empedoclis sententiam habere,quod corporeis elementis, & sibi similibus singula cognoscantur, experientia hoc latè patet, atque testatur. Quoniam partes animatorum,quæ multum habent terræ,ut ossa,nerui,pili,sentirent;sed nihil sentire videntur,quare neque similia sibi,& tamen conueniebat. Amplius,si anima ex talibus principijs,& elementis componitur,maior erit,vt ait tex.80. ignorãtia principiorum, quàm intelligentia, quia anima per terram nisi terram, per aquam nisi aquam, & vnumquodque vnum cognoscet,& reliqua ignorabit. Fiet etiam secundum Empedoclis sententiam, vt Deus sit insipientissimus, quippe cum ipse solus non comprehendat vnum elemẽtorum discordiam inquam,& mortalia cuncta cognoscat, cum ex vniuersis singula constent,quod falsum est.Prçterea,si anima ex talibus principijs, & elementis constat, oportet, vt ait tex.81.reddere causam, quare omnia non habent animã,

Tex.78. aliud incõueniens.

Tex.79. aliud incõueniens.

prosequitĩ inconueniẽtia opi.Emped.

Tex.80.

tex. 81.

D cum

cum omne quod est, aut sit elementum, aut ex elemento vno, vel pluribus, vel omnibus constet. necesse est igitur omne, quod est aut vnum quid, aut quædam, aut vniuersa cognoscere. Amplius, Non sine causa, ut ponit tex. 82. aliquis dubitabit, quid sit illud, quod continet, atque vnit ipsa elementa, ex quibus constat anima; elemēta enim sunt materiæ similia, & quod vnit, vel continet quicquid sit nobilissimum, atque præstantissimum esse debet; sed nihil præstabilius ipsa anima potest esse, & impossibile est, & impossibilius etiam, quod sit aliquid nobilius ipso intellectu, quoniam rationabile est ipsum esse antiquissimum, & dominum secundum naturam; sed isti elementa dicunt esse principia prima, & entia, quod falsum est; ecce quomodo per hanc dubitationem deducuntur ad aliud inconueniens. Per Animam hic philosophus intelligit vegetatiuam, & sensitiuam, quæ sunt præstantiores materia, & corpore tanquam formæ, cum forma sit nobilior ipsa potentia: & sic non intelligit, vt Simpl. & Ioan. Gramma. animam rationalem, quia comparat materias animaliū suis formis, & cum materiæ animalium sint irrationabilium, & rationabilium, ideo dicit, quod id, quod continet materiam animalium irrationalium, est prestantius, & nobilius ipsa materia, & tale est anima; uel vegetatiua, vel sensitiua. sed id, quod continet materiam animalium rationalium. s. hominum, est intellectus, & ideo dixit, quod impossibilius est, quod intellectu sit aliquid præstantius. & quando loquitur de anima dicit non *impossibilius*, sed *impossibile*, ita quod loquitur comparatiuè, vt ostendat differentiam animæ ab intellectu. Vnde Toletus, quando dicit, quod per intellectum intelligit Empedoclis mentem, & Deum, quem putauit mundi Animam, est extra propositum Arist. cum loquatur de formis animalium rationalium, & irrationalium, & stet in inquisitione de vnione ipsorum elemētorum adinuicem, quomodo quæso Deus erit elementorum vnio tanquam forma? Dicitur igitur antiquissimus, quia cum a Deo creatur ab æterno reseruatur

Tex. 82.

Quid per aīam intelligat Ari.

Reijcit expositio simpl. & Ioan. Gram. circa uerbum [animam]

expositio Toleti.
Reijcitur.

Declaratio tex. Ar. secūdum veritatem.

uatur

uatur in mente eius: dicitur dominus secundum naturã, quia cum creatur, & corpori infunditur, fit dominus corporis, tanquam forma, quæ ipsum corpus continet, informat, atque gubernat. ideo qui ex loco hoc eliciunt argumentum pro Auer. circa unitatem intellectus aberrant, quoniam malè interpretantur tex. Arist. sicut fecit Toletus hic, & in solut. huius argumenti pro Auer. in quæst. 2. secundi de Anima. Postquàm igitur ostendimus inconuenientia supradictæ opinionis, redarguamus omnes, vt facit tex. 83. in genere, quia omnes, & qui dicunt animam ex elementis, & principijs compositam, vt omnia cognoscat, & sentiat. & qui animam se mouere dicunt, non de omni anima loquuntur, quoniam non omnia animata, & sensitiua habent motum, qualem ipsi ponunt. s. localem. videntur enim esse quædam animalia, & immobilia, vt Conchæ, & Spongię, & tamen videtur hoc solo motu mouere anima animal. Similiter autem, qui sensum, & intellectum idem esse exponunt, & ex elementis faciunt, non bene loquuntur: quoniam non omnia animata sentiunt, vt plantæ, quoniam solum viuunt, neque secundum locũ mutantur, & animalium multa etiam non habent intellectum. Et si aliquis dicit, vt ponit tex. 84. intellectum, sensitiuumque esse partes, ac potentias animæ, ac etiam motiuum, ideoque loquuntur de omni anima Antiqui, & non de potentijs, quæ non sunt anima; respondentes obiectioni, redarguimus ipsos, quoniam non loquuntur de omni, nec de tota, quia non de illa, quæ est in his, quæ non mouentur, nec sentiunt: non de tota, quia non de omnibus suis partibus, & potentijs dicunt. Hic autem error est in Carminibus orphicis, qui dicit animam ferri ventis, & cũ mundum credat animatum, ex toto isto ingredi animam in particularia animata motu venti agitata per respirationem credit, quod falsum est, quoniam plantis hoc non potest accidere, neque etiam quibusdam animalibus, cũ respiratione careant. Præterea alius est defectus Antiquorum: nam vt ait tex. 85. non de omni anima loquuti sunt.

Reiicit Toletus simul cum aliis.

Tex. 83. Redargutio omniũ antiquorũ in genere.

Redargutio eorum qui dicunt esse ex elementis, & se mouere animam.

Obiectio tex. 84.

Responsio obiectioni & redargutio contra antiquos.

Tex. 85. ponitur alius defectus antiquorum.

si verò per ipsos oportet animam ex elementis conficere, vt omnia cognosceret, non ex omnibus elementis conficienda esse videtur. Sufficiens est enim altera pars contrarietatis, seipsam dijudicare, & oppositam, quia per rectum cognoscitur rectum, & obliquum, & per positiuum priuatiuum, & positiuum regula enim est iudex vtriusque, non tamen e contra, obliquum neque sui ipsius, neque rectè iudex est. Expedita opinione Empedoclis, recitabimus opinionem aliorum, vt ipsam impugnare possimus. Sunt enim, vt ait tex. 86. quidam, qui Animam in toto vniuerso mixtam esse dicũt, vnde fortassis ob hanc causam, & Thales opinatus est omnia esse plena Dijs; hoc autem habet quasdam dubitationes. propter quam enim causam, si anima est in aere, vel in igne, non facit animal, sicut facit in mixtis, cum in aere, & in igne videatur esse præstantior? Accedit autem, vt ait tex. 87. vtroque modo inconueniẽs, & irrationabile. Nam dicere ignem, & aerem esse animal rationis egreditur fines; & asserere rursus hæc. f. ignem, & aerem non esse animalia, cum in ipsis insit anima, perabsurdum est. Ratio autem suæ positionis fuit, quoniam opinantur isti, vt ait tex. 88. Animam esse in toto vniuerso, quoniam totum cum partibus eiusdem speciei est, secundum ipsos, quare necesse est dicere, secundum suam opinionem, & Animam, & partes esse eiusdem speciei, si animantia fiunt animalia, quia in ipsis est pars aeris animata. Quod si aer discerptus quidam est eiusdem speciei & animatus, anima autem dissimilium partium, patet vnam partem aeris esse animatam, aliam non, & non totus animatus, cum anima ex aere constat. Quare necesse est, aut quod Anima sit eiusdem speciei cum omnibus, aut quod non in toto aere, & mundo sit. Patet igitur ex dictis, neq; animam cognoscere, quia constet ex elementis, neque per se moueri. Et quia talis opinio infert duo. f. vnitatem animæ, & diuisibilitatem, quia cum dicitur esse in omnibus ratione entium, cum sint multa, & diuersa, videtur quod sit partibilis: & cum dicitur esse in toto vniuerso

[Margin notes: Tex. 86 Impugnatur opi. Toletis credẽtis animã in toto vniuerso mixtam esse. — Tex. 87. — te. lxxxviii ponitur rõ positionis supradictæ ab antiqs. — Conclusio ex dictis. Duæ illatio nes eliciũtur ex prædicta opi.]

mixtam, videtur ratione sui vnicam esse: ideo, vt omnia impedimenta remoueamus, proponemus quæstiones, ratione operationum animæ de vnitate, & diuisibilitate. Cum igitur multæ sint operationes, vt ait tex. 89. quæ proueniunt ab anima, scilicet cognoscere, sentire, opinari, concupiscere, deliberare, moueri, quiescere, augere, decrescere, dubium est, Vtrum ab vnica anima, & tota procedant, s. quod intelligamus, & sentiamus, moueamur, & cætera agamus, patiamurque per vnicam, & totam animam, an a diuersis specie animabus in vno existentibus, ita vt quædam operationes ab vna, & quædam ab alia procedantur. Et cum ea, quæ animam habent, viuant, An uita consistat in his omnibus operationibus simul, an in una illarum saltem, an in multis simul, an in nullis, sed in aliquo. Vnde Toletus dicit, quod sententijs philosophorũ circa animæ substantiam impugnatis, nunc breuiter circa numerum, & animæ diuisibilitatem dubitat: hæc non est intentio Arist. principalis, quamuis de numero, & diuisibilitate animæ loquatur: sed propter supradictam opinionem, quæ videbatur inferre, vt dixi, vnitatem, & diuisibilitatem, vt totaliter destruatur, hac de causa in his textibus, hæc proponit, & sic continuatur textus cum præcedentibus: hic enim non est locus tractandi de vnitate, neque de diuisibilitate, cum nondum sciatur, an sit substantia, & qualis substantia, & quid denique sit anima, sed secundo de anima tex. 19. Sed occasione data huius opinionis, de istis loquitur, vt possit impugnare ipsam opinionẽ, & destruere, ne aliquid dubij in mentem alicuius remaneat, & sic incidenter, & non ex propria intentione. Textus enim debent semper continuari, quoniam Arist. ordinis princeps, & methodi solus explorator, non extra propositum loquitur, vt faciunt multi Neoterici, & vt fecerunt ferè omnes præteriti expositores. Propositis igitur dubijs, redarguamus eos, qui animā partibilem fecerunt. Dicunt itaq; quidam partibilem esse, & alia anima intelligere, alia concupiscere. Si anima est partibilis natura,

Proponuntur qōnes de unitate & diuisibilitate aiæ ut omnia impedimẽta remoueantur.

Tex. 89. ponit dubiũ.

Expositio Toleti. Reiicitur

Declaratio intentionis Arist.

Error multorum expositorum

Tex. 90. quid igitur, vt ait Tex. 90. continet ipsam? quomodo copulabunt inter se? non quidem seipsis, cum sint substantiæ specie diuersæ inter se: non corpore, quia potius corpus cōtinetur ab anima, cuius signum est, quod egredienti anima expirat, & putrescit. si igitur aliquid aliud ipsam animam vnam faciet, illud erit anima, nam animę est continere. Iterum oportebit quærere, ut ait text. 91. An hoc continens sit vnum, vel plura; & multarum partium, si vnum sit; cur & animam continuo non dicimus vnum esse? si partibile rursus ratio quærit, quidnam sit illud, quod illud partibile, etiam continet? & sic procedet in infinitum. Quod autem anima plures partes specie differentes habere non posit, demonstramus. Nam supposito, vt ait tex. 92. quod anima tota plures partes habeat specie differentes, dubitabit aliquis, quam potentiam vnaquæq; partium habeat in corpore. Si enim tota anima totum corpus continet, conuenit & vnamquamque partium aliquid corporis continere, oportebit ergo dare partem in qua sit pars: hoc autem assimilatur imposibili. Quam enim partem, aut quomodo intellectus continebit partē? difficile est etiam fingere, quia non alligatur vlli organo; & per experientiam in plantis, & animalibus, hoc comprobamus. Videntur autem, vt ait tex. 93. & plantæ viuere diuisæ, & animalium insectorum quædam tanquam habentia eandem specie animam, & sic in toto sunt eiusdem speciei, licet non numero, quia erant diuersæ partes: In vtraque enim parte abscissa reperitur motus, & sensus, per aliquod tempus, & non in vna parte tantum vnum, in altera alterum: sed & vtraque vtrumque habet. Sunt igitur eiusdem speciei: & quia aliquis obiicere posset, quare in abscissa parte non diu permanent, ideo obiectioni respondemus, quod nullum ideò inconueniens est, ut ait tex. 94. nec per hoc est dicendum, quod non sint eiusdem speciei, quoniam hoc accidit, quia desunt instrumenta, quibus operari posit, & est imperfecta dispositio: sed nihilominus in vtraque animæ parte insunt omnes partes,

Alia ratio contra text. 91.

Tex. 92. demōstratur quod aīa plures partes specie differentes facere non potest.

elicitur immortalitas animæ.

Tex. 93. cōfirmat rō per experientiam.

Obiectio.

Responsio obiectioni tex. 94.

idest

ideſt potentiæ, animæ.ſ. motiua, & ſenſitiua: ſuntq; eiuſdem ſpeciei adinuicem illæ animæ partes, & cum ipſa tota: adinuicem quidem, quia non ſunt ſeparabiles, ideſt non ſeparantur ſecundum potentias, ſed in vtraq; parte ineſt, & motiua, & ſenſitiua potentia: ſunt etiam eiuſdē ſpeciei cum tota, quia tota anima eſt indiuiſibilis ſpecie. Ex hoc enim tex. elicitur, Animam eſſe unam ſubſtantiā, & habere multas potentias. Denique concludamus, quomodo anima plantæ, & animalis differunt ſpecie, & per conſequens quod ſint plures animæ, & non vna anima, vt ipſi Antiqui dicebant. Videtur autem, vt ait text. 95. quod plantæ habent animam, quæ eſt tantum principium vegetandi, & in hac communicant omnia animalia, & omnibus eſt communis huius operatio. Et hæc ſeparatur a ſenſitiuo principio, ſed ſine hac vegetatiua nihil eſt, quod habeat ſenſum. Ita quod vegetatiua eſt communior omnibus, & ſine alijs eſſe poteſt. Per ea quę hucuſque diximus ad mentem Ariſt. vſu incipimus manifeſtare, methodum diuiſiuam pro inuenienda diffinitione ipſius animæ in proœmio à nobis propoſitam, & ſub membris eius omnes Antiquorum de Anima opiniones æque benè collocauimus: ita enim ſufficienter diuiſimus, quod impoſsibile eſt aliquem de anima alloquentem membra noſtra diuiſionis ſubterfugere poſſe, & a notioribus nobis ſemper incipientes neceſſaria prædicamenta, atque principalia percurrentes, & præcipuè ea, in quibus Antiqui Animam poſuerunt, probauimus primò non eſſe aliquod prędicamentorum accidentalium; & deinde nec ſubſtantiā eſſe, vt ponebant, ipſi.ſ. quid ex elementis compoſitum. Sicq; per diuerſa inconuenientia, & abſurda a nobis manifeſtata, & per fortiſsimas demonſtrationes factas, reiecti fuerunt rationabiliter omnes Antiqui tam illi qui definierūt animam per Motum, vt Democritus, Leucippus, Anaxagoras, Pythagorei, & alij: quàm qui per ſenſum, ut Empedocles cum Platone, & denique etiam illi, qui per ſenſum, & motum, vt idem Emped. Democritus, Anaxag.

Illatione quæ eliciū tur ex hoc tex.

Concluſio quod aiæ differunt ſpecie, & plures ſunt & non una ut antiqui, tex. 9.

Epilogus primi libri

præterea Thales, Diogenes, Heraclitus, Alcmeō, Hippon, & Critia, quorum omnium rationes, reprehensiones, & inter se concordantiæ, discordantiæ atque comparationes succincto, & claro sermone ab Arist. suis locis positæ fuerunt, quas breuitatis gratia prætermisimus, cum alibi de ipsis satis uerba faciamus, sufficit quod totum Aristotelis artificium demonstrauimus. & hæc satis pro primo libro. Veniamus ad secundum.

Nouum Veritatis Lumen, In Secundum Arist. Librum de Anima.

Caput primum.

AD HVC methodo diuisiua subdiuidendo substantiæ membrum inuenit genus Animæ: & proponens definitionem Genericam tali artificio inuentam, secundum omnes eius partes, ipsam explicat, atque declarat.

POSTQVAM in primo libro methodo diuisiua ostendimus ad mentem Aristo. Genus ipsius Animæ non esse accidens; & vltimo in loco quod nō sit quid compositum ex diuersis principijs impugnantes, atque destruentes omnes Antiquorum opiniones, uolentes prosequi inuentionem sui generis, sicut proposuimus in proœmio, oportet, ut iterum a principio redeamus, diuidentes ipsam Propositi intentionis

Tex.

expositio Toleti.

sam

expositio tex. 1 sam substantiam, sicut ait tex. 1. dicens. *Cum autem quæ a prioribus tradita sunt de Anima, dicta sint, iterum tanquam a principio redeamus*, scilicet ad diuidendum, quoniam si iam probauimus quod non est quantitas, non qualitas, neq; aliud prædicamentorum accidentalium, & redarguimus etiam Antiquos, qui eam compositam fecerunt ex elementis, uidendum quid sit hæc anima, si non est quid compositum, sed hoc non potest sciri nisi per diuisionem, & si a principio non redimus, ideo *iterum tanquam a principio redeamus tentantes determinare quid sit Anima, & quæ utique erit communissima ratio ipsius*. Idest si uolumus scire, & inuenire genus ipsius animæ, & definitionē genericam, oportet redire a principio, scilicet ad diuidendum ipsam substantiam. Vnde

expositio Toleti. Toletus, qui dicit. Attende, quod dicit, iterum se tanquā a principio incœpturum: quia Antiqui non dederunt nobis cognitionem ferè ullam animæ, dicit tamen, tanquā a principio: quia saltem ab illis accepimus animam esse,

Reiicitur & per motum, ac cognitionem inuestigandam: totaliter deuiat ab intentione Arist. quoniam intentio sua est uelle inuenire genus animæ per methodum diuisiuam. dixit enim in proœmio, Fortassis erit necessarium diuidere, & uidere An sit substantia, uel quantitas, uel qualitas & cet. probauit, quod non est accidens, non quantitas, non qualitas, neque aliud prædicamentorum, neque quid compositum ex elementis ideo remanet uidere cum non sit accidens, & quod sit substantia, cum non sit quid compositū, quænam substantia est, ideò a principio oportet redire, & diuidere ipsam substantiam in materiam formam, & compositum, & hæc est Arist. intentio, continuare methodum

Tex. 2. inueniendi genus animæ, ideo Text. 2. incipit diuidere hoc aliquid scilicet substantiam in materiam, formam, &

expositio Toleti. tertium, quod ex his est, scilicet compositum. Dicit Toletus, non potens subterfugere methodum, cum litera clara sit, Animæ definitionē inuestigaturus diuisiones quasdam communes præmittit, ex quibus quid ipsa sit dicit. Est autem prima diuisio, Entium multa esse genera, puta

decem,

decem, quorum unum est substantia. Secunda est subdiuisio substantiæ, est enim Triplex materia, forma, & compositum ex vtraque. Si sciuisset iste Doctissimus uir, quid sit methodus diuisiua, & quō per methodū diuisiuam semp. inuenit genera rerum ipse Ari. & quod hic similiter p eandem methodū, uult inuenire genus ipsius aīæ, non dixisset, præmittit diuisiones quasdā cōes, quod dictum manifestat se nō uidisse artificium Ari. & necessitatē sic faciendi, sed dixisset, Postquam destruxit membra accidentium, & etiam ostenderit non esse quid compositum ex elementis, incipit diuidere a principio sustantiam, vt per diuisionem ipsius fiat manifestum, & notum genus ipsius animæ; nec dixisset quasdam communes diuisiones, quoniā necessarias, & sufficientes diuisiones ponit, quoniam non datur alia substantiæ diuisio, ideò propter incapacitatem methodi subterfugiunt hinc, & inde nouelli, & veteres expositores. Non nè in libris de Generatione Arist. materiam elementorum via inuenit diuisiua? cum dicit. Materia elementorum, vel erit unum elementorum, uel distinctum aliquid, & hoc uel corruptibile, uel incorruptibile, uel plura; & si plura, uel duo, uel tria, uel quatuor; & hæc, uel corruptibilia, & transmutabilia, vel incorruptibilia, & in transmutabilia. Nō nè in secundo Phis. Genus fortunæ hac uia inuestigat, cum dicit. Eorum quæ sunt, vel necessario, uel frequenter, uel raro. & vlterius diuidens concludit casus definitionem. Quid aliud in libris de Cœlo, & vbique hac uia procedit, quoniam nullam descriptionem, uel definitionem proponit, nisi prius per diuisionē suum genus inueniat. Sic Arist. volēs inuenire genus animæ methodo diuisiua iam dicta procedit, membra accidētium iam pertractauit, atque etiam quod non sit aliquod compositum ex elementis in genere demonstrauit, vt redargueret omnes Antiquos, nūc redit ad membrum substantiæ, vt determinatè concludat, quæ substantia sit anima, quam diuisit in materiam, formam, & compositum. Postquam fecimus hanc diuisionem, exemplificabimus

Reiectio.

Ostendit quō Ar. in inueniēdis generibus utitur methodo diuisiua.

membra,

explicatio diuisionis substantiæ, & declaratio mēbrorum.

membra, ut quisque sicut quid per materiam, quid per formam,& quid per vtrunque intelligamus. Primò dicimus,quod materia est quidem potentia,forma verò actus et quia actus dupliciter potest considerari, ideò dicimus, quod alius est sicut scientia,& alius sicut speculatio. Declaratis per exempla duobus primis membris, veniemus ad tertium,quod multa comprehendit, & primò pręsupponentes, quod id, quod componitur ex materia, & forma,sit substantia,dicimus, quod huius substantiæ maxime, idest principaliter videntur esse corpora.i. primæ substantiæ videntur esse cœlum,& elementa, vt ait text.3 quia sunt prima corpora substantiæ, quæ constant ex materia,& forma,& dicūtur *maxime,* quia sunt principia aliorum.Dixit autem,*videntur,*quia etiam anima,ut alibi videbimus,componitur ex materia,& forma, ideo non exclusiuè,nec determinatiuè,sed suspensiuè loquutus est,dicēs, *videntur,* quantum.s. ad hoc negocium requirit considerare.postea sequitur,dicens, *& horum phisica,* idest & horum corporum simplicium fiunt cōposita, quoniam aliorum sunt principia.i. ex istis fiunt composita, quia ex elementis concurrente cœlo,fiunt omnia composita. Postquàm igitur declarauimus, quod possumus per quid compositum ex materia, & forma intelligere, cum iam superius contra Antiquos probatum sit in genere animam nō esse aliquod elementorum,neque compositum ex elementis, vt redargueremus Antiquos, nunc conclusiuè tanquam in loco proprio demonstrabimus, quod non est omnino aliquod compositum ex elementis, ideò diuidentes tale compositum,dicimus cum Arist. *Phisicorum autem alia quidē habent vitam,* idest secundorum compositorum quædam sunt animata, *alia autem non habent,* idest & quædam inanimata.vitam autem dicimus, quæ per ipsam fit alitionem, augmentationem, & diminutionem. Quare concludentes post factam diuisionem, & exemplis declaratam dicimus,quod omne corpus compositum ex elementis participans vita erit substantia, & talis substantia, quod erit

expositio tex.3. pōderatio uerborum

non ex materia,& forma tantum, sed composita. s.ex elementis. Habita diuisione corporis, probabimus, quod anima non est tale corpus vitam habens, vt satisfaciamus membris, & reijciamus tertium membrum, & per eandem rationem etiam primum. Dicimus igitur, quod Anima est in corpore,& corpus est subiectum, nec in alio est. necesse est ergo, vt ait tex.4. cum non sit substantia, sicut corpus tale viuens, & anima sit in corpore, quod sit perinde, ac forma corporis phisici potentia vitam habentis, sed substãtia talis actus est,& perfectio, ergo anima est perfectio, & actus talis corporis. Vnde, cum probatum sit non esse compositum, quia nõ est in alio, etiam per hac probatur, quod non sit materia. Accusentur igitur Auer. Themist. Simpl. Ioan. Grammat. & Latini, inscitia logicali, quoniã contendunt circa intelligentiam actus primi, & secundi, tanquam circa rem claram, & tamen circa rem necessariam, quæ est demõstrare processum Arist. & methodum, super qua fundauit totam suam doctrinam,& intentionẽ, ne verbum quidem faciunt. Similiter Toletus, qui dicit, quod Arist. ponit tertiam diuisionem, quæ subdiuisio est actus ipsius, etiam scholasticuli hoc dicerent, cum litera sit clara, sed ad quid,& quare, nihil, nec dicit, quod prosequatur methodum diuisiuam iam ab initio propositam, quæ est instrumentum inueniendi genera rerum vt diuidentibus fiat notum nobis, & manifestum genus proximum animæ quod quærimus. Præterea tex.3. reijciendus est S. Thomas cum Aegidio, & alijs, qui existimant hic fieri quartam diuisionem, scilicet substantiarum, quod alia sit corporea, alia incorporea. Quia hæc est extra mentem Arist.& esset hoc transcendere membra propositę diuisionis. Arist. enim declarat quid per compositum ex materia & forma primo potest considerari,& dicit, quod sunt corpora simplicia elementa. s. & corpora coelestia, & horum composita,& mixta, vt diximus, & hoc, vt possit vlterius diuidere, & probare, quod nullum genus compositi est ipsa anima, & sic satisfacere membro tertio diuisionis substantiæ.

Tex.4.

Accusãtur Arabes, Græci, & Latini inscitia logicali.

Defectus Toleti.

Reiiciũtur S. Tho. & Aeg. circa intentionẽ tex.3.

Error Th. Simpl. Philo. & Aue.

ſtantiæ. Similiter per eandem rationem fuerunt in errore Themiſt. Simpl. Philopo. & Auer. qui dixerunt, quod uolens Ariſt. diuidere ſubſtantiam compoſitam, quæ corpus dicitur, dicit eſſe magis ſubſtantiam, quàm materiam, & formam, ideſt notiores ſubſtantiæ ſunt compoſitæ, quàm materia, & forma. Corpora enim etiam vulgus ſubſtãtias uocat. Ecce, quod neſciunt diſtinguere inter corpora, & phiſica, cum per corpora hic Ariſt. intelligat prima compoſita ex materia, & forma, quæ ſunt elementa, & cœlum ex quibus poſtea fiunt phiſica, ideſt ſecunda compoſita, & mixta. Vnde Toletus ſimul cum iſtis cecidit in foueã cũ diuiſionibus ſuis corporum naturalium, mathematicalium, & artificialium, quoniam non eſt alia intentio. Ariſto. quàm ſupradicta, quia cum iam ſuperius, ut diximus, probaſſet animam, neque ex elementis eſſe in genere propter Antiquos, nunc tanquam in loco proprio, vt methodo ſatisfaciat, vult per diuiſionem ſecundi compoſiti in animatum, et inanimatum oſtendere, quod nullo modo anima poteſt eſſe compoſitum. Reijciatur denique pace ſua Iauellus vir certè maximo ingenio, atque doctrina, qui ſatis veritatem in Epitomatibus Ariſto. multis in rebus patefecit, tamen in rebus arduis, et difficillimis perrrãſit, et in alijs eſt nimis breuis, et in quæſtionibus extorquet Ariſt. intentionem, vt S. Thomam defendere poſſit. hic autem dicit, quod Ariſto. facit alias tres diuiſiones. ſ. ſubſtantiarum quædam corporea, quædam incorporea; corporea quædam naturalis, quædam artificialis; tertia corporum naturalium quædam viuunt, quædam non viuunt, ad inueſtigandum materiam in qua recipitur anima, cum anima ſit forma, inueſtigandum eſt in qua materia recipitur. hęc illè. Dico, quod hæc non eſt intentio Ariſto. quia antequam probaſſet, et demonſtraſſet qualis ſubſtantia eſt anima, probaret eſſe in corpore; ſed primo vult probare, quod non ſit corpus, et quia iam probauit, vt dixi, quod non eſt aliquod primorum compoſitorum in genere, neque ex elementis contra Antiquos. nunc diuidẽs

Reiicitur Toletus.

Reiicitur Iauellus.

Declarat intẽtio Ariſto.

vlterius,

vlterius, ut membris diuitis ipsius substantiæ satisfaciat, probat, quod nec aliquod secundorum esse potest. et hoc probato, corrollarie concludit, quod est forma in corpore, et deinde qualis forma sit demōstrat, vt corrollariū firmū remaneat, et hęc est ordinata, et methodistica Arist. intētio. Ex hac. n. expositione potest sciri, quid Arist. Tex. 4. intelligat per corpus, quoniam si dantur duo composita prima, quæ sunt corpora simplicia, & anima non est in illis, ergo erit in substantia composita ab illis disposita ad animam ipsam, & sic S. Thomas, Aegidius, & alij Latini fuerunt in errore, quando dixerunt sumi pro altera parte compositi, ut anima dicatur Actus talis materiæ sic dispositæ. quia est actus secundi compositi. Vnde huic meæ expositioni videntur assentire Them. Simpl. & Io. Gramma. qui dicunt, quod corpus pro toto composito naturali sumitur. ut sit sensus, quod anima est forma ipsius corporis naturalis: & dicit Toletus, & mihi magis hoc placet, taliter quod ut irresolutus nescit distinguere falsitatem supradictorum a veritate istorum, sed dubitādo dicit, quod magis hoc sibi placet. Expositores autem, qui nesciunt discernere veritatem rerum, modo huc, modo illuc tendūt, & loquuntur semper dubitatiue, dicentes, hęc opinio magis mihi arridet, mihi placet, est melior, & cætera huiusmodi. Sed qui sciunt rei veritatem, affirmatiuè dicunt, ita est, sic teneo, & hoc impossibile est aliter se habere, confutantes alios, qui sunt in contrarium. Postquam probauimus animam non esse corpus phisicum participans vita, cum per eandem rationem nō sit materia, remanet quod sit forma, ideò corrollarium, quod ex dictis extraximus, scilicet quod Anima sit perinde, ac forma corporis potentia vitam habentis, & per consequens actus, & perfectio corporis, volumus probare, & ostendere qualis actus sit, ideo bene superius dictum fuit *Perinde*, quoniam hoc probandum erat, sicut ad præsens vlterius diuidentes more nostro actum prosequentes, methodum incœptam, inueniemus qualis actus sit, & per consequens qualis sit genus proxi-

Reiicit expositio S. Tho. Aeg. & aliorum.

expositio The. simp. & Io. Grā. uera.

Irresolutio Toleti.

Differētia expositoris irresoluti a resoluto.

Pōderatio literæ.

proximum,& propinquum ipsius animæ. Actus igitur, vt

Tex. 5. diximus, dupliciter dicitur, alius ut ait text. 5. quidem sicut scientia, alius autem sicut speculatio: patet animam esse perinde, atque scientiam, quia ab anima procedunt somnus, & uigilia, & anima in somno proportione respondet ipsi habere, & non operari, idest habitui sine operatione existenti, & cum uigilat ipsi speculationi, & operari.

Tex. 6. Sed scientia, ut ait tex. 6. præcedit in generatione speculationem. Vnde anima est actus primus corporis phisici potentia uitam habentis, & talis planè, scilicet corporis, ut partes ipsius sint instrumenta, quoniam si probauimus, quod est actus primus corporis, oportet declarare quális corporis, & demonstrare quod corporis organici.

Probatur anima e forma corporis.s.organici. Nam cum anima sit non forma, quæ sit unius simplicis motionis principium, sicut forma elementorum, sed inter formas omnes nobilissima, ac plurimarum operationum productrix, & domina anima est: sequitur igitur etiam, quod eius tantum corporis naturalis actus esse poterit, quod multipliciter sit fabricatum, quodq; dissimilare sit, & organicum, in quo non solum simplicium compositio, ac temperamentum reperiatur, quemadmodum contigisse uidemus lapidibus, metallis, ac quibusque partibus similaribus, sed præter eam temperationem elementorum alia fiat compositio corporis dissimilaris ex similaribus illis ortum trahens, ex qua instrumentorum concinnitas, & elegantia adeò conueniens consurgat, ut multas illas operationes anima quibus est imbuta in subiecto illo corpore absolutè instructo, & ratione organizationis ad singula accõmodo, efficere posit, Vnde Simpl.

Differẽtia aïæ, & naturæ secundũ Simpli. hoc confirmans, dicit. Cum anima differat a natura in operatione, quod natura semper limitetur ad unam operationem, Anima uerò non se determinet ad unam solũ, sed ad plures operationes, cum sensitiua modo tangat, modo uideat, modo audiat, modo alia faciat. Vegetatiua modo nutriat, modo augeat, modo alia faciat. non est etiam mirum, si anima indiguit diuersis instrumẽtis, & organis,

ganis, cum diuersis muneribus fungatur. Rectè igitur Ari sto. dixit, quod Anima est Actus corporis phisici organici, quod ostendimus ex ipso sensu, nam Plantæ, quæ inter viuentia minus sunt organica, adeò vt simplicia, & similia videantur, habent organa. nam habent folia, quæ sunt cooperimenta illius, quod est circa fructum, & quod est circa fructum cooperit fructum. habēt etiam radices, quæ sunt sicuti os in animali, quibus cibum trahant, ergo etiā alia omnia. Ecce quomodo Ari. proponens in procemio inuenire definitionem ipsius Animæ, methodo diuisiua, ne quis suis principijs obijciat, incipit. Venari genus ipsius animę tanquam illud quod est vniuersalius, & notius nobis, atq; primo inueniendum, quoniam per ipsum postea inueniuntur differentiæ, ideò prius ipsum cognoscendum est; & sic vt a notioribus nobis, & vniuersalioribus ad ignotiora procedat, Genus ipsius animæ per diuisionē sumptam a famosis principijs, quę negari non possunt, inuenit, hoc pacto dicens: Anima, aut est substantia, aut non substantia, idest accidens; nullus pōt euitare hoc principium ab omnibus concessum, & cognitum, quoniam de quolibet dicitur affirmatio, vel negatio, nec datur medium, cum proposuit hoc principium, & hanc manifestissimam, & notam nobis primam diuisionem prosequitur subdiuidendo, dicens: Si est Accidens, vel Quantitas, vel Qualitas, vel aliquod aliorum prædicamentorum, & semper methodo diuisiua procedendo, ostendit non esse, nec Quantitatem, nec Qualitatem, nec cætera prædicamenta accidentalia fortissimis rationibus reiiciendo antiquorum opiniones. Cum manifestum fecit non esse Accidens, remanet conclusum esse substantiam, ideo in genere, vt redargueret antiquos totaliter demonstrat non esse, neque elementum, neque quid ex elementis compositum, & cum hoc primo libro conclusit in secundo rediens ad speculandum qualis substantia sit anima, methodo diuisiua incedens, diuidit ipsam in materiam, formam, & compositum, probat non esse compo-

Sensu demōstratur animā esse actum corporis.s. organici.

Ostēditur processus Ari. a principio usq; ad text. 7. huius secū di de aia.

 situm,

ipsarum, idest secundum vegetatiuam, & sensitiuam, dicitur esse actus inseparabilis a corpore, quia educuntur tales animæ de potentia materiæ. At verò secundum quasdam nihil prohibet, quod nullius corporis sunt actus, idest secundum rationalem, & intellectiuam dicitur esse a corpore separabilis, quia non est actus corporis, idest forma educta de potentia materiæ. Amplius autem immanifestum est, si corporis actus anima sit, vtrum sit sicut nauta nauis. Figura igitur sic determinatum, & descriptum sit de Anima, idest, & quamuis anima sit alius actus corporis non eductus, immanifestum est, vtrum sit sicut nauta, idest si sit assistens vel informans, ideo figura hoc pro nunc sit determinatum, & descriptum, scilicet in genere, satis est, quod omnes sint actus corporis phisici organici potentia vitam habentis, & quod quoad prædicata generica, hæc definitio omni animæ competit, si partibilis est. Aristoteles autē dubitatiuè, & non conclusiuè loquitur, quia nondum inuenit species ipsius animę, ideò nemo debet mirari, quoniam consuetudo est inquirentis, disputantis, & inuentoris suspensiuè loqui, donec verum inuenerit. Vnde Ioan. Gramma. qui elicit ex hoc Text. quod anima rationalis non sit forma informans, non ad propositum loquutus est, quia hic dubitatiuè, & suspensiuè loquitur, sicut dixi: postea non sequitur, nullius corporis est actus, ergo nō est forma informans: quia quamuis non sit actus de gremio materiæ, est tamen actus informans, & separabilis; similiter quando dicit, sicut nauta in naui est exemplum in re dubitatiua, non in re determinata, quoniam ibi suspensiuè loquitur. Vnde non sequitur, dubium est si sit sicut nauta in naui, ergo non informat, quia ego dico, quod determinabitur, quod anima rationalis non sit actus corporis, sicut nauta in naui, nisi quoad separationem, & per consequens non assistens, tamen benè informans, & separabilis est. Præterea reprehenduntur Simpl. Themist. S. Thom. Caietanus, & alij, quod per partes intelligāt potentias, sitque sermo de

[Margin: Quare, & quādo Ari. loquat dubitatiuè. Cōfutatur Io. Gram.]

[Margin: Cōfutātur Simp. Th. S. Th. Ca. & alii.]

anima

anima humana, vt quantum ad aliquas potentias sit inseparabilis, idest organicas, quales sunt sensitiuæ, & vegetatiuæ, quantum ad alias sit separabilis: quia non sunt organicæ, scilicet secundum intellectum. Duos enim errores committunt. Primum, quoniam Aristo. habet sermonem de anima in communi. ad quid ergo loqui de anima tantum rationali, & non de omnibus? ad quid de incognita, & non cognitis. Secundum, quod intelligunt per partes potentias, cùm intelligat essentias; quod sicut hic suspensiuè, & dubitatiuè proponit, inferius cum inuenerit species per genus ipsius animæ, fiet manifesta sua intentio, quoniam est chimera Latinorum, ponere animam rationalem per unam potentiam, & non per essentiam incorruptibilem esse, sicut suo loco demonstrabitur.

Declarat intentio Ar.

Primus error.

Secundus error.

Caput Secundum.

PROSEQVENS methodum inceptam, ex diuisione Generis iam inuenti (præcedente distinctione animati ab inanimato) inuenit species ipsius animæ, quas omnes a notioribus procedens, sub genere diuiso contineri demonstrat, dubitans deinde vtrum veg. sens. & intellect. sint diuersæ animę, vel distinctæ potentiæ, & vtrum omnes istæ potentiæ sint in eadem parte rei animatæ, vel in diuersis partibus; & qualiter inueniantur in diuersis compositis. in fine tandem reassumens totam definitionem retrogradè procedens, ipsam tanquam declaratam, & demonstratam explicat; Laudans illos Antiquos, qui animam dicebant esse in corpore, sed non corpus, & reprehendens eos, qui nihil de corpore dixerunt.

POSTQVAM cum Arist. tentantes de ipsa anima tractare, cum esset, & propter Antiquorum opiniones, & eius naturam occultissima, atque difficillima, coacti fuimus aliquam viam tradere, qua in ipsius cognitionem deueniremus. quam viam nec Gręci, nec Arabes, nec Moderni ad plenũ animaduertunt, & nos ad posterorum doctrinam, beneficium, atque vtilitatem ostendimus cum Aristot. viam diuisiuam esse, quæ est instrumentum, & medium inueniendi Genera, & principia rerum, hac igitur via hucusque processimus ad inueniendum genus ipsius animæ; quo inuento, definitionem genericam, & in vniuersali tradidimus: nunc requirit doctrina, vt perquiramus species suas, ac differentias, quæ differentiæ, ac species non possunt elici, nisi ex iam

Defectus græcorũ, arabũ, & latinorũ circa uiã diuisiuam.

data

data definitione[,](& ex genere ipſius definitionis, cum in genere lateant differentię, ac ſpecies, ideò ex diuiſione generis iam inuenti, inueniemus ſpecies ipſius animæ, & antequam veniamus ad diuiſionem, ponemus more ſolito, quia nunc opus eſt, primò diſtinctionem, quæ procedit. ſ. quomodo animatum differat ab inanimato. Poſtea immediate diuidemus vitam in vegetatiuam, ſenſitiuam, & intellectiuam. Ecce quomodo ex genere elicimus has ſpecies. Nam cum genus animæ ſit actus potentia viuens, vel uiuit vita vegetatiua, vel ſenſitiua, uel intellectiua; & ſic quotuplex erit hic actus potentia viuens, tot erunt animarum ſpecies, ideòque Ariſt. procedit ex obſcuris quidem manifeſtioribus ad certa, & notiora. ſ. a diuiſione iam dicta, quæ eſt obſcura: quia continet membra diuidentia; & tamen eſt manifeſta, & procedentes per hanc venimus ad certa, & notiora. Ideò in prœmio phiſ. dicebat, inanimata eſt nobis via, ut a notioribus nobis procedamus, quæ ſunt confuſa. Quoniam incipimus ſemper, cum methodice volumus inuenire per diuiſionem res a diuiſione nobis nota, atque congenita, quæ dicitur confuſa, propter membra diuidenda; ſicut a principio, quando voluimus inuenire genus animæ, incœpimus a diuiſione per ſubſtātiam, & accidēs, quæ eſt diuiſio manifeſtiſſima omnibus, tamen eſt confuſa, quia continet multa membra: quibus diuiſis, factum fuit nobis notum, ac manifeſtum, quod quærebamus. ſ. per diuiſionem ſubſtantiæ, & accidētium factum eſt notum Genus animæ eſſe Actum corporis phiſici potentia vitam habentis; ſic vlterius diuidentes nos hoc genus, fient notæ nobis ſpecies ipſius animæ. Non nè notum nobis eſt hæc diuiſio, quod actus potentia viuens eſt, vel uegetandi actus, vel ſentiendi, vel intelligendi? cū hæc quotidie ante oculos nobis ſint? Non nè poſtea ſunt nobis hæc confuſa, propter membra diuidentia? Cum vegetatiua diuidatur in Nutritionem, Auctionem, Generationem, atque in hæc deſeruientia. ſ. aſtractionem, retentionem, concoctionem, & expulſionem? Et ſenſitiua in ta

Quō ex genere aīæ eliciuntur ſpecies.

Declaratio proceſſus Ariſt. circa inuētionē ſpecierum.

ctionem, gustationem, odorationem, auditionem, visionem, communem sensationem, ac phantasiationem? Similiter intellectiua in multas facultates, ac potentias? & hoc est, quod innuere voluit Aristo. Tex. 12. quando dixit, *Quoniam autem ex obscuris quidem, manifestioribus autem fit certum, & secundum rationem notius, tentandum est iterum sic aggredi*

expositio tex.12. *de ipsa anima*, idest quoniam ex diuisionibus generalibus, quæ sunt nobis notæ, & congenitæ, atque experientia manifestæ, sed confusæ, quia multa membra continent diuidenda, fit certum, & notius secundum rationem. i. fit notum, & certum, quod quærimus diuidendo, ideò de ipsa anima vlterius procedentes, sic iterum aggredimur. Latentes solita diuisione, vt recto filo methodum incœptam prosequamur; quoniam non solum oportet habere definitionem genericam sicut plures definitiones dicunt, & ostendere animam esse actum potentia viuentem; sed scire etiã cur sit actus, sed hoc sciri non potest, nisi sciantur omnes suæ partes, quia multiplex est; sed partes suæ non possunt sciri nisi prius diuidantur, ideò antequam veniamus ad diuisionem, cum opus sit distinctione animati ab inanimato. Incipientes igitur primum ponere distinctionem dicimus quomodo animatũ differt ab inanimato, vt ait Tex.

Tex.13 13. ipsa vita, & habita tali differentia dicimus, quod actus potentia viuens diuiditur in plura, cum viuere multipliciter dicatur, vel erit actus viuens, vel sentiens, vel intelligens. Data diuisione generis, quæ ostendit tres esse actus viuentes, ut a notioribus incipiamus, declarabimus membra, & primò probabimus, quod Anima est principium,

Tex. 14 & actus vegetandi, ut ait Tex. 14, idest nutriendi, et augendi in plantis. Nam principium nutriendi, et augendi non est natura, quoniam natura solum mouet ad vnam differentiam loci, puta sursum, aut deorsum, vt ignis, et terra,

Differẽtia naturæ a Veget. Sed vegotabilia non solum augentur ad vnam differentiã loci, sed ad oppositas differentias. Nam quoad ramos augentur sursum quoad radices augentur deorsum: profundant enim radices in terram, ergo nõ est principiũ nutritionis,

tionis, & augmenti in vegetabilibus, sed anima. Vnde viuunt plantæ semper quousque possunt accipere alimentum. Et reperiri potest viuens, ut ait Tex. 15. in quo solum vegetatio sit ut Planta, non tamen reperiri potest uiuens, in quo sit sensatio, aut intellectio, quin in eo sit vegetatio, vt patet in animalibus, & hominibus, & omnibus mortalibus. Viuere igitur propter hoc, vt ait Tex. 16. quod absque alijs potest esse, & alia non sine ipso, est principium omnium viuentium, & commune omnibus plantis, animantibus, & hominibus. Postquàm declarauimus membrum viuentium, ueniamus ad sensum. Sensus inest primo animalibus, & animal est animal primo per sensum, quoniam, vt vegetatio est plantis primo insita, ita sensus animalibus, nullumque est animal sine sensu, & illa animalia, quæ non mouentur, neq; mutant locum, vt ostreę, & conchilia, habent sensum, & non viuere tantum, ita quod animalia habent viuere, & vltra viuere hoc etiam sentire. Præterea pro maiori declaratione istius membri dicimus, quod Tactus est ille sensus, vt ait Tex. 17. qui primò animal constituit, quia omnibus animalibus inest tactus, nec sine hoc possunt consistere. Et sicut vegetatiuũ separari potest a tactu, & omni sensu, vt accidit in plantis, sic tactus separatur a reliquis sensibus, non econtra. Sunt enim animalia, quibus non inest nisi tactus. Alij tamen sensus non separantur a tactu, qui enim vident, audiunt, aut olfaciunt, necessario habent tactum. ita quod ex dictis dicimus, quod vegetatiuum est animæ species, quam plãtæ habent, & animalia omnia illa dicuntur, quæ habent principium tangendi. Declaratis membris vegetatiui, & sensitiui, cum clarum sit de intellectiuo, quod sit principium intellectionis hominis, epilogantes prædicta dicimus, quod causa propter quam vtrunque horum, ut ait Tex. 18. scilicet vegetatiuum, & sensitiuum plantis, & animalibus insit, posterius dicenda erit. i. vbi de essentijs suis erit sermo. Nunc autem intantum dictum sit, solum animam esse principium eorum, quæ superius diximus, & esse de-

Tex. 15

Tex. 16

Tex. 17.

Qđ tactus potest ab omnib. separari & nõ contra

Tex. 18.

Epilogus declaratio nis mẽbrorum.

ſe definitam vegetatiuo, ſenſitiuo, & intellectiuo.i. in vniuerſali pro explicatione generis, & ſic ſpecies contineri ſub ipſo genere, quantum fuit opus, demonſtrauimus.

Tex.19.

Nunc autem mouemus duas quæſtiones neceſſarias, vt facit Ariſt. Tex. 19. Prima, an vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum ſint diuerſæ animæ, an diſtinctę potentię, quę tamen ſint in eadem anima, & iam primo libro in fine

Reſolutio

hanc quæſtionem determinauimus, quando propter Antiquos loquuti ſumus de vnitate, & diuiſibilitate animæ, vbi clarum eſt, quod quando in re animata eſt tantum vnum principium viuendi, puta ſolum vegetatiuum, tunc tale principium eſt anima; vnde in plantis vegetatiuum eſt anima, & non potentia. quando autem in re animata ſunt plura principia viuendi, vt in animali, in quo eſt vegetatiuum, & ſenſitiuum, talia principia ſunt potentiæ, & non ſunt anima, ſed denominamus animam talis animati a nobiliori potentia, vt anima, quæ eſt in animali, dicitur anima ſenſitiua a potentia ſenſitiua, quæ eſt nobilior, quam vegetatiua; ſimiliter denominatur anima, quæ eſt in homine anima intellectiua a potẽtia intellectiua, quæ eſt nobilior alijs, ideò relicta hac prima quæſtione vlterius quæremus venientes ad ſecundam. ſ. vtrum omnes iſtæ potentiæ ſint in eadem parte rei animatæ, puta in capite, vel in corde &c. vel ſint in diuerſis partibus rei animatæ. & ad hanc reſpondentes dicimus cum Ariſt. quod in quibuſdam facile eſt determinare hoc, in quibuſdam dubium eſt, nec ita facile, ideò oſtendentes exemplis facilitatem iſtius ſecundæ quæſtionis in plantis, & animalibus, dicimus, quod in omni parte ipſius plantæ deciſæ eſt,

2. Qõ. Vtrũ oẽs iſtę potẽtię ſint in eadem parte rei aīatæ, uel ex diuerſis partibus.

Reſolutio

Tex.20

ut ait Tex. 20. potentia nutritiua, quia omnis pars plantæ viuificatur, & uireſcit, nutritur, & augetur, & ſic nõ diſtinguũtur ſubiecto in plantis, ſed ſunt in eadem parte ipſius plantæ. Similiter, in animalibus hoc perſpicimus, nam in cauda lacertæ deciſa videmus, quod mouetur ſecundum locum; quod ſi ſentit aliquod conueniens delectatur, ſi verò ſentit diſconueniens triſtatur; puta ſi ſentiat ignem,

aut

aut rem pungentem; sed delectatio, & tristitia sunt in appetitu ex necessitate, ergo vegetatiuum, & sensitiuum nõ distinguuntur subiecto, sed sunt in eadem parte animalis. Et rectè Arist. dixit in quibusdam esse hoc clarum, quoniã cum anima vegetatiua, & sensitiua educuntur simul cum corpore, ac cum quantitate in materia existente, sequitur etiam, quod anima non poterit remanere indiuisibilis, sed simul cum quantitate extendetur ad extensionem quãtitatis. Quo fit etiam, vt cum quantitas sit in toto corpore, & pars in parte corporis, quod etiam anima educta simul cum quantitate tota erit in toto, & pars in parte. Ex quo patet, quàm præter naturæ ordinem dixerit Albert. Animam esse indiuiduam, ac nullam habere quãtitatem, sed indiuisibilem esse penitus in corde residentem, quod tamen est penitus contra quod dicit hic Arist. in plantis, atque Enthomis decisis, animam quoque diuidi ad diuisionem partium subiecti, rãquam quoddam similare, ex quo patet animam non habere sedem determinatam, sed passim esse extensam per corpus diuersum, sicut apparet in illis. Vnde si anima existens indiuisibilis resideret in medio, aut aliqua alia parte corporis determinata, & non esset per totum corpus diffusa, profectò decisa cauda ab animali, ab anima quoque cauda esset remota, cuius tamen oppositum esse videmus. Cum & moueri loco, & sentire & imaginari etiam compertum est. Nec ualet Alber. responsio, & Simplicij, qui dicunt animam diuidi non per partes quantitatiuas, sed quia natura sua est, quod cum sit actu indiuisibilis potest plurificari, & fieri plures. Vnde in parte decisa generatur vna noua anima informans aliã partem, hoc est incidere in maiora inconuenientia, quia sequeretur, quod animæ, quæ propter earum perfectionẽ tantum apparatum requirunt in corpore per motum localem solum generari possent, absque præuia alteratione, quod tamen abhorret ordo naturæ. Postquàm manifestauimus veritatem secundæ quæstionis, quoad animam vegetatiuam, & sensitiuam, dicimus, quod de intel-

Quõ aĩa sit in toto corpore tota, & ps in parte.

Reiicitur Alber. qui dixit animam esse indiuisibilem.

Reiicitur responsio Albe. & Simpl.

Tex. 21 intellectu, ut ait Tex. 21. & speculatiua potentia nihil adhuc manifestum est, scilicet an separentur subiecto: sed videtur genus aliud animæ esse, & hoc solum posse separari, sicut & perpetuum a corruptibili. Vnde, quoniam
Reprehenduntur Tho. Gaie. Pōpo. Herui. & alii. non est hic locus, ideo Aristo. suspensiuè loquitur. Et sic Thomas Gaetanus, Pomponatius Athæus, Herueus, & alij, qui exposuerunt Arist. dicentes, quod in Tex. 20. tertij de anima, quādo dicit, *Separatus autem est solum in hoc quod verè est, & hoc solum immortale, & perpetuum*, quod loquitur philosophus de intellectu agente extrinseco, malè processum Aristo. & pessimè intentionem suam intellexerunt: quoniam hoc est falsum, quia mens philosophi fuit intellectum agentem non esse substantiam separatam, sed intrinsecum animæ, & partem suam, & sic nihil aliud facit ibi Text. 20. tertij de anima, nisi quod declarat illud, quod hic tex. 21. proposuit. & cum hic dicat de intellectu, & speculatiua potentia, ergo non de substantia separata, sed de potentia intellectus speculatiua loquitur, & sic quod suspensiuè hic proponit in tertio declaratiuè, & affirmatiuè tractat de intellectu eiusque potentiis, & operationibus, & hæc satis. Sequentes igitur propositum nostrum dicimus cæteras animæ potentias, scilicet vegetatiuam, &
Tex. 22 sensitiuam, non esse vt ait Tex. 22. separabiles in vno composito subiecto, ut quidam dixerunt: ita quod sit una in corde, alia in Epate, & alia in cerebro, ex his, quæ diximus manifestum esse: quia sola ratione separantur: similiter sensum, & intellectum distingui ratione manifestum est, cum aliud sit intelligere, aliud sentire, ergo diuersæ potentiæ sensus, & intellectus. Qualiter postea istæ potentiæ distinctæ inueniantur in diuersis compositis, nunc docemus. Nam in quibusdam animalibus, vt ait Tex. 23. om-
Tex. 23. nia hæc insunt, ut in hominibus, in quibusdam alia horū, ut in animalibus, & in quibusdam unam tantum, ut in Plantis: & hoc facit differentiam animalium. causa autē propter quam hoc fit, posterius perscrutanda, ubi de istis particulariter tractabitur. Similiter est ordo circa sensus,

nam

nam alia habent omnes sensus, alia verò quosdam, quędā verò unum tantum, scilicet tactum necessarium.

Postquam demonstrauimus animam habere potentiam vegetandi, sentiendi, & intelligendi, non intendimus cum Arist. Tex. 24. definitionem secundam formalē de Anima elicere, sicut Toletus dicit, ac per eam demonstrare sequentia, quoniam sicut in 12. text. vbi dicit, quod Aristo. intendit aliam animæ definitionem ponere; quæ distinctius explicat animarum species & quæ reddat causam præcedentibus concludens esse definitionem formalem, & similiter Text. 13. dicit, quod per opera uitæ vult indagare definitionem animæ. Amplius text. 18. dicit, quod concludit ex dictis superius definitionem animæ formalem, siue per causam, & huius opinionis etiam fuit Iauellus cum alijs, scilicet de definitione formali. Sicut enim in principio duodecimi text. Toletus aberrauit, ita in alijs aberrat simul cum omnibus alijs, quoniam nesciuerunt methodum Arist. qui postquam definitionem genericam tradiderat, reliquum erat per diuisionem generis inuenti elicere species ipsius animæ, ideò cum inuenerit per diuisionem differentias animarum, & conclusit uniuersaliter animā habere omnes istas potentias, Text. 24. reassumens totam definitionem à principio, retrograde procedens, ipsam tanquam declaratam, & demonstratam explicat, dicens. Anima autem, idest qua viuimus, & sentimus, & intelligimus primo, anima vtique erit ratio quædam, & species, & non ut materia, & subiectum, idest anima qua uiuimus, sentimus, & intelligimus erit forma, & non materia, uel subiectum, idest compositum, vt supplè diximus, quæ definitio est eadem explicatiuè, quæ illa implicita. Anima est actus corporis potentia vitam habentis, quoniam nihil aliud facit, nisi quod explicat illā particulam vitæ, vt posit inuenire species animæ. Vnde non benè S. Thomas, & Alpharabius dixerunt primam definitionem Aristo. esse sicut medium, & causam; secundam sicut effectus, & conclusio, & etiam extra propositū

expositio tex. 24.

Reiicitur Tolet' circa expositionē multorum textuum.

Reiicitur Iauellus cū aliis.

Vera Ari. intētio in tex. 24

Reiicitur S. Tho. & Alpharabius.

Auer.

Auer. Egid. & Suessanus contendunt inter se de ista definitione, ponentes diuersas expositiones, & affirmantes primam esse Aristo. secundam Platonis. si intellexissent methodum Arist. has ineptias non dixissent, quoniam retrogradè eandem definitionem explicatam, atque declaratam proponit. Quid aliud, quæso, est Animam esse actũ corporis phisici organici potentia uitam habentis, nisi animam esse formam illam qua uiuimus, sentimus, & intelligimus? & quid est Animam viuere, sentire, & intelligere, quàm esse actum corporis phisici organici potentia uitam habentis? quare ergo eandem definitionem diuidere, & dilaniare? Expositores multa uerba faciunt sæpè de definitione per materiam, per formam, & per vtrumque citantes lib. post. Ari. & tamen usq; in hunc diẽ ignoratur intentio illorum librorũ ab omnibus ferè expositoribus; sed hæc cum non sint præsentis speculationis, relinquemus. Intentio igitur Ari. est illa, quã diximus ut patet per suum processum, & per sua uerba, cum adhuc sit circa definitionem genericam. & sic Toletus errauit, & circa intentionem Arist. & circa modum procedendi, nesciens quid per obscura, & manifesta intelligat Aristo. nec declarans nisi recitando quædam phantastica Philoponi, quod tria sunt notiora nobis, à quibus incipere solet phisicus effectus, uniuersalia, & composita. Nullum istorum est aut diuisio, aut resolutio, aut aliquod aliorum methodorum: ergo a nullo istorum incipit Aristo. nec per effectum, vniuersale, & compositum possumus inuenire res, nec in cognitionem causarum deuenire, nisi modo supradicto a nobis cum Arist. explicato.

Reiicitur Toletus.

Reiicitur Philopo.

Concludamus igitur secundum bonam Aristo. intentionem, Animam qua uiuimus, sentimus, et intelligimus, esse formam, et non materiam, uel subiectum, idest compositum; et rationem reddimus, quia diximus superius, ut ait tex. 25. quod substantia est triplex forma scilicet, Materia, et compositum, et quod materia est vt potentia, et forma ut actus, et compositum ut animatum; & dixi-

Conclusio intẽtionis Aristo.

Tex. 25

& diximus, quod anima non est corpus, sed actus corporis, ergo anima qua viuimus &c. erit forma corporis phisici organici, vt superius conclusimus, & sic Aristo. non probat minorem, vt Toletus, sed reddit rationem superioris genericæ definitionis retrogradè declarata per ea, quæ superius dixerat, cum eadem sit explicitè. Cum ergo stabiliuimus animam esse formam corporis, & non corpus, restat vt laudemus sicut facit Arist. Text. 26. quosdam Antiquos, & quosdam reprehendamus. Laudandi sunt illi, qui animam declarāt non esse corpus, & esse in corpore, & aliquid corporis. s. phisici organici. illi autem reprehendendi sunt, qui nihil de corpore dixerunt, nec expresserunt quod, vel quale sit, quod haberet animam; cū tamen constet non quoduis recipere quoduis, sed propriū actum esse in propria materia, & secundum rationem, ac conuenienter sit, vt proprius actus sit in proprio receptiuo. Quo facto, vt concludamus cum Arist. definitionem prædictam genericam dicimus, quod ex supradictis manifestum est, quod Anima qua viuimus, sentimus, & intelligimus, est actus corporis phisici potentia vitam habentis. Vnde Toletus videns literam claram dicit, quod colligitur animæ definitio prima ex hac secunda, nesciens, quod prima est generica implicita, & secunda generica explicita. & non est colligere primam ex secunda, sed concludere primam per explicationem generis diuisi, vt diximus, cum non possit dari definitio, quæ constet ex materia, & forma, quæ sit vniuersalis omnibus animabus, & hæc est vera intentio Arist. et veritatis. Taceant igitur omnes, qui deuiant, & veritati adhæreant, nec erubescant, quoniam dulce est cognoscere veritatem, & eam addiscere atque intelligere. Non nè in his textibus Arist. satisfecit proposito Tex. 7. procemij, vbi dicit post diuisionē Actus, quod considerandum est, si partibilis sit, an impartibilis: idest, si talis actus diuiditur in plures, ita quod sint plures animæ, vel vna tantum; iam diuisit Genus animę positum in definitione vniuersali in veg. sens. & intellec. ergo satisfecit

Reiicitur Toletus.

Tex. 26

Laus quorundā antiquorum & aliorū reprehensio.

Cōclusio definitionis prædictæ.

Reiicitur Toletus.

Quo Ari. satisfecit proposito tex. 7. procemii.

fecit, ſicut & alijs partibus fecit, & ita proceſſus Ariſt. correſpondet in omnibus ſuo procœmio, in quo narratur tota ſua intentio.

Caput Tertium.

PLVRIBVS iam animabus per diuiſionem generis inuentis, nunc oſtendit a notioribus nobis, incipiens primò per potentias animarum, deinde per eſſentias cum exemplo figuræ, ipſas animas non eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed diuerſarum; & per conſequens ridiculum eſſe quæ ere communem definitionem eſſentialem, quæ omnibus ſpeciebus competat.

Continuatio cũ præcedentib.

POSTQVAM inuenerimus per genus definitionis, quod ſunt plures animæ, nunc oportet oſtendere, quod non ſunt plures, ita quod ſint eiuſdem ſpeciei, ſed plures quia diuerſarum ſpecierum ſunt. & hoc pacto ſatisfaciemus propoſito procœmij, quando diximus Text. 7. ſi anima eſt partibilis, videndum eſt, ſi ſimilis ſpeciei eſt omnis anima, vel non, ideſt diuerſarum ſpecierum. Hoc autem vt a notioribus incipiamus, inueſtigabimus primo per potẽtias animatum, poſtea per eſſentias. quibus examinatis videbimus reſultare diuerſas ſpecies animarum; & hæc eſt continuatio tex. cum prçcedentibus, & conformis propoſito procœmij. Vnde Toletus cum alijs multum aberrat dicens, quod cum vitæ operationes, ac potentias non omnibus

Error Toleti, & aliorum

nibus inesse superius dixisset, sed quibusdam omnes, alijs aliquas: nunc distinctè hoc docet, & præsertim de potentijs. Dico, quod diuiso genere animæ in plures animas vult ostendere, quod istæ animæ nō sunt eiusdem speciei, sed diuersarum, iuxta propositum prooemij, & a notioribus nobis incipiens, primò per potentias ipsarum animarum hoc vult comprobare. Ideò dicit Tex.27. Potētiarum autem animæ quæ dictæ sunt, alijs quidem insunt omnes, alijs verò quædam harum, quibusdam verò vna sola. Potentias autem diximus vegetatiuum sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & cogitatiuum. Inest autem in plantis vegetatiuum, vt est nutrire seipsum, augeri, & generare sibi simile. In animalibus autem uegetatiuum, & sensitiuum, & sensitiuo coniunctum est appetitiuum, quia cum appetitus quidam sit rationalis, vt volun tas; quidam irrationalis, & sensitiuus, vt concupiscibilis, & irascibilis, animalia autem omnia habēt tactum; quod si habent tactum, ergo in ipsis tristitia, & lætitia, & delecta bile, & triste. nam quibuscunque inest tactus, inest voluptas, & dolor, quæ sunt appetitus, ergo quibus inest sensus appetitus inest, quia in sensu necessarius est tactus. Nota, quod posuit artificio appetitiuum ante cogitatiuum, & post sensitiuum, quia a sensu, & intellectu prouenit. Similiter posuit postea motiuum post appetitiuum, & ante cogitatiuum, quoniam principium motus progresionis potest esse ab vtroque, sed principaliter est ab appetitu, quia appetitus potest absque voluntate mouere, non e contra. Præterea animalia, vt ait Tex.28. habent sensum alimenti, quia habent tactum, qui tactus est sensus alimenti. Nam alimentum est calidum, frigidum, siccum, & humidum: his aluntur omnia viuentia, & horum sensus tactus est. Si ergo animalia habent sensum alimenti, ergo appetitum, quia quib. inest fames, & sitis inest appetitus; quia fames est appetitus calidi, & sicci: sitis verò appetitus frigidi, & humidi. Sapor verò non est tanquam necessarius, nisi vt condimentum quoddam, & delectamentum. Similiter

Tex. 27

Nota artificii.

Tex. 28

ſonus, neque color, neque odor conferũt ad alimentum, niſi per accidens. Et quia tantum hic volumus oſtendere diuerſitatem potentiarum, vt diuerſas ſpecies inferre poſſimus, ideò, vt ait Tex. 29. certificandum de his poſterius
Tex. 29 eſt. i. poſterius, vbi de obiectis, & particulari tractatu ipſius animæ ſenſitiuæ loquemur, diffuſius omnia tractabimus. Sufficit, quod intantum dictum ſit, inquantum probatum eſt, quod animalia, quia habent tactum habent etiam appetitum, ſimiliter de phantaſia poſterius intendẽdum eſt. Poſtquàm de plantis, & animalibus imperfectis loquuti fuimus, reſtat loqui de perfectis. i. irrationabilibus, & rationabilibus. Dicimus igitur, quod quibus. ſ. animalibus irrationabilibus ineſt potentia motiua vltra vegetatiuam, & ſenſitiuam, & appetitiuam, & alijs, ſcilicet hominibus cogitatiuum, vel vt alius textus ratiocinatiuum, & intellectus. & ſi quid aliud huiuſmodi eſt, aut etiã honorabilius. i. intelligere abſq; phantaſmate. Vnde cum
Ponderatio uerborum. Ariſt. cõſiderat animam, prout eſt in corpore, & cum corpore intelligit, ideò dicit ratiocinatiuum, ideſt intelligere cum phantaſmate diſcurſiuè, & intellectiuum cum phãtaſmate ſine diſcurſu, & ſi quid aliud, & honorabilius, ideſt intelligere ſine phantaſmate. & ſic non eſt exponẽdus
Reiicitur Toleti. tex. vt Toletus, & ſi quid eſt hominis melius, quod dicit propter intelligentias, & cœlos quos Antiqui animatos crediderunt. quibus ineſt intellectus potentia, quoniam hoc dicit, & ſi quid aliud huiuſmodi, ideſt aliud præterquam intelligere cum phantaſmate, ſicut noſtra eſt intentio in his libris, & honorabilius, quod eſt quando homo ſine phantaſmate intelligit. Ad quid cum loquatur de potentijs animarum tranſcendere, & habere reſpectum ad intelligentias, & cœlos? Poſtquàm demonſtrauimus quibuſdam animalibus omnes potentias, quibuſdam vnam, & quibuſdam plures ineſſe; cum hoc inferat diuerſitatem ſpecierum animæ, iuxta noſtram intentionem: Manifeſtũ igitur erit ex dictis, quod eadem conſideratio erit de ani-
Tex. 30 ma, reſpectu iſtarum ſpecierum, vt ait Text. 30. ſicut de fi-

gura

gura respectu trianguli, quadranguli, & aliarum specierũ figurarum. quoniam sicut figura nihil aliud dicit, quàm suæ species in vniuersali; sic anima in vniuersali descripta nihil aliud dicit, quàm veg. sens. & intellect. species suæ. Vnde sicut definitio figuræ generice competit omnibus suis speciebus, sic etiam definitio animæ competit omnibus animabus, quoniam omnes sunt actus corporis phisici org. &c. sed ideò non erit propria definitio alicuius animæ, sicut figura descripta in vniuersali non erit vnquam particularis definitio alicuius speciei. Vnde ridiculum est, quærere definitionem communem, & in his, idest speciebus animarum, & cæteris rebus ita similibus, quoniã definitio generica data superius non potest esse propria definitio alicuius speciei, nec alicui propriæ speciei potest accommodari, quoniam omittit definitionem, scilicet differentiam propriam, quæ cuilibet speciei competere, & accommodari potest; idest non habet in se illam differentiam, per quam quælibet species distinguitur ab altera, cum tantum sit generica seruiens omnibus vniuersaliter tantum. Quærere igitur vnam, quæ competat & genericè, & propriè omnibus animabus, est ridiculum. Post quàm visa diuersitate animarum, quoad ipsarum potentias conclusimus impossibilitatem vnius definitionis essentialis, quę sit cõmunis omnibus speciebus animarum, nunc cum exemplo ipsius figuræ demonstrabimus, candẽ diuersitatem, quoad animarum essentias. nam consequẽter se habere reperitur solum in essentijs, non autem in potentijs, ut cogamur dare propriam definitionem vnicuique animæ. Quemadmodum igitur in figuris, sic; ut ait Tex. 31. & in anima sit, nam posito priori, non ponitur posterius, sed bene e contra, vt posito trigono, non ponitur tetragonus, sed bene e contra. Similiter posita vegetatiua anima, non ponitur sensitiua, sed bene e contra. Quare, si species animæ inter se sic se habẽt, & specie diuersæ sunt, ergo secundum vnumquodque quærendum, quæ nam sit vniuscuiusque anima, vt quæ plantæ, & quæ hominis, aut

Ridiculũ quærere communẽ differentiã animæ essentialem.

Proponit ostendere cum exemplo figuræ aiarum diuersitatem quoad essentias.

Tex. 31.

bestiæ; volens inferre, quod cum sint diuersæ speciei ideo quærendum est separatim, quid sit vnaquæque. Vnde reddentes rationem de animabus, quomodo consequenter se habeant, & abinuicem separentur, dicemus, quod sine vegetatiua non potest esse sensitiuum, sed bene econtra sensitiuum separatur in plantis, quoniam plantæ tantum viuunt: ecce planta quæ habet animam diuersam specie a sensibile. Similiter sine tactu nullus sensus est, & tamen tactus potest sine alijs sensibus esse, quoniam multa animalia non habent neque visum, neque auditum, neque odoris sensum, & tamen habent tactum; Similiter sensitiuorum, vt ait Tex. 32. alia quidem habent motum secundum locum, vt animalia irrationalia perfecta, alia nō habent, vt imperfecta, ostreæ, & conchilia. Denique & postremum ratiocinationem, & intelligentiam consideramus. nam vbi ratiocinatio, & intelligentia, idest vbi discursus, & contemplatio cum phantasmate, ibi etiam cogitatio, imaginatio, sensatio, & cætera huiusmodi, quia in corpore, & cum corpore operantur; quamuis absque organo, sed non valet econtra, immò in quibusdam animalibus, neque inest imaginatio, & animalia alia hac tantum viuunt.

Quomodo animę consequenter se habeāt, & ab inuicem separentur.

Tex. 32.

De speculatiuo autem intellectu alia ratio est, idest de intellectu prout intelligit sine phantasmate: alia ratio est, quia dato hoc, non sequitur, quod cætera dentur, sicut quando dato intellectu cum phantasmate, ergo dantur cętera inferiora, qa tunc consideratur prout est in corpore, & cum corpore operatur, vt diximus. Vnde Auer. qui dicit intelligere intelligentias separatas, qui laudatur a Toleto, est in errore: quoniam loquitur de intellectu hominis in his libris, ad quid igitur de intelligentijs sermonem facere? Præterea, quæ comparatio potest esse intelligentiarum cum sensitiua, uegetatiua imaginatione, & cætera huiusmodi?

Reiicitur expositio Auerr. & Toleti.

Præterea Toletus mouet dubium, quare iterum hi gradus numerantur? & respondet, quod aliter quàm ante.

Dubitatio Toleti. Reiectio solutionis.

ante. Supra enim solum distributionem eorum secundum subiecta considerauit; hic autem quod a quo separetur; hæc sunt imaginaria, dico, quod supra vult ostendere diuersitatem animarum respectu potentiæ animæ, hic ratione suarum essentiarum; supra incœpit a notioribus nobis deueniens ad essentias. & ideò eadem alio modo, prout habent respectum ad essentias, explicauit, & ideo sicut superius dixit text. 29. Et si quid aliud huiusmodi, aut etiam honorabilius, s. intelligere sine phātasmate, hic loquitur de essentia, dicēs. De speculatiuo aūt intellectu. i. de intellectu, qui intelligit sine phantasmate. Sic cōcordātur Text. & intētiones, & ideò Toletus in omnibus his textibus aberrauit non solum ab intentione Arist. continuatione cum præcedentibus, sed etiam a vera intelligētia ipsorum textuum. Cum ergo secundum Arist. ostenderimus hāc animę diuersitatem, possumus concludere, dicentes. Quod igitur, quæ de horum vnoquoque ratio, hæc proprijssima, & de anima manifestum est, idest quam rationem habeat vnaquæque scilicet vegetabilis anima, animalis, & rationalis, per hæc, quæ diximus manifestum fecimus, scilicet quod distinctæ sunt, & diuersæ specie. Vnde ex his quisq; potest videre, quomodo malè, Simpl. & Io. Gramma. intellexerunt processum Aristo. dicentes, quod dicitur communis definitio apud Aristo. quoniam anima rationalis contineat potestate alias, ut uegetabilem, animalem &c. & propria, quoniam definitio humanæ animæ non competit omnibus alijs actu, sed virtualiter, ideò debent esse duæ, quarum una communis dicitur actualiter per prædicationem, secunda propria, cum sit vnius speciei tantum, tamen communis per continentiā, & potestatem. Et similiter vanum est quæsitum aliorum expositorum in hoc loco quærere quid Aristo. per definitionem communem intelligat, & quid per propriam; cū litera clara sit, & intentio Arist. per digressionem meam. In quem errorem cecidit Alexander, qui dicit, quod definitio prima data ab Arist. quando dicit, est Actus corporis

Solutio vera.

Error Toleti in expositione tex. 32. & aliorum.

Conclusio prædictorum:

vanitas oppositorū.

Error Alexandri.

est communis,quia non amplectitur species; secunda verò,quando dicit Anima,est qua viuimus,sentimus &c. est propria, quia amplectitur species. cui superius responsum est. Similiter Latini dicunt communem definitionē esse,quæ ambitu suo omnes continet, propriam non omnes, sed tres tantum. Vnde, vt resoluamus has contentiones,dicimus, ut superius, quod ridiculum est quærere communem definitionem omnium animarum, i. vnam definitionem essentialem, quæ competat omnibus animabus; & ratio est,quia sunt speciē diuersæ, ergo distinctæ, ergo distinctis, & particularibus definitionibus indigent, & hæ dicuntur propriæ definitiones, bene datur communis definitio generica,sicut dedit,dicens esse actū corporis &c.Sed quod detur communis definitio essentialis,non potest, quia vnum vni essentialiter tantum competere potest.Cum ergo sint distinctæ specie,& essentialiter,ergo vnaquæque requirit propriam suam definitionē, quamuis genericè contineantur sub vniuersali definitione,primo ab Aristo. tradita; & sic cum resolutione huius veritatis reijciuntur omnes, qui alio modo loquuntur. Non nè hæc mea expositio conformis est proposito proœmij Tex.5.vbi dicimus *si autem non est vna quædam, & communes methodus de eo quod quid est, adhuc difficilior fit ipsa negociatio,* idest, & si non dabitur vna communis definitio omnium viuentium,explicās essentiam, erit negociatio difficilior. *Oportebit enim accipere circa vnumquodq; quis modus*, idest oportebit, sicut exposuimus ibi, circa vnamquamq; dare modum propriū,& propriam definitionem,& unamquamq; de per se definire,quod sic proponit,& determinat hic, & faciet in sequentibus,vt uidebimus.Ecce quomodo Aristo. nunquam discedit a proposito, et a suo proœmio, in quo relucet tota methodus, et intentio librorum de anima. Sed quis,quæso,est ille,qui scit proœmium cum textibus, et textus cum proœmio conformare? Expositores hoc non aduertentes in infinitos errores ceciderunt, ita quod Aristo. non intelligentes, tanquam impium fecerunt,

Op i. Latinorum.

Resolutio ueritatis.

Cóprobatur ueritas per id quod in proœmio propositū fuit

runt, cum philosophus verus rationabilis fuerit, & totam suam doctrinam cum ratione fundauerit, pro capacitate nostra semper deducens nos per manifesta, et certa in cognitionem omnium rerum.

Caputː Quartum.

VOLENS iam tractare de speciebus ipsius animæ, & primo de vegetatiua tanquam vniuersaliori, & nobis notiori, & incipere iuxta propositum procemij ab Alimento tanquam obiecto suo, cum tale omnibus operationibus vegetatiuæ applicabile sit, vt bene eius naturam cognoscere possimus, & per praexistentem cognitionem semper nos ducat in cognitionem rerum, quomodo Generare, Nutrire, & Augere proueniant ab ipsa vegetatiua prius demonstrat, confutans Empedoclem, qui motum augmenti tribuebat elementis, & non animæ, & eos etiam, qui dicebant ignem esse causam nutritionis, & augmentationis, & non anima. Quo facto, quid sit alimentum cum reiectione opinionis illorum in parte, qui alimentum simile alito, & illorum, qui contrarium alito dicebant, declarat, applicans postea ipsum omnibus supradictis operationibus. Et in fine definitionem animæ vegetatiuæ, cum fine suo ponit.

CVM ergo secundum Aristo. ostenderimus diuersam esse considerationem animarum, necessarium autem est, vt ait Text. 33. eum qui de his perscrutationem facturus est accipere vnumquodq; quid est, postea sic de attinentibus inuestigare, id est. Postquam inuenimus rem, & distinximus ipsam ab alijs, oportet vti methodo definitiua, pro explicanda rei essentia, & demonstratiua pro declarandis attinentibus, id est proprietatibus, & accidentibus eiusdem rei, nec potuisset Arist. definire, et declarare definitionem, nisi prius potuisset differentias earum simul, ideo habitis superius differentijs, quid sit vnaquæq; proponit. Et quoniam dixit in prooemio tex. 9. quod cum reperiantur in ipsa anima multæ partes, scilicet potentię, & passiones, quod dubium est, An prius de ipsa anima tanquam de substantia, an de potentijs, & passionibus sit pertractandum, & si prius de partibus videndum est, dicit Tex. 10. prooemij, An potētiæ vel operationes prius quærendæ sint, & si opera cum omnes operationes habeant suum obiectum, utrum ab ipso obiecto, vel ab ipsa operatione sit incipiendum aliquis dubitabit. Ecce, quod Aristo. exequitur quod proposuit. nam dicit, *si autem oportet dicere, quid unumquodq; ipsorum*, i. si oportet definire vnamquamque animam, *vt quid intellectiuum, aut sensitiuum, aut vegetatiuum prius dicendum est*, vt a notioribus nobis incipiamus *quid sit intelligere, & quid sentire*, id est, quæ sint operationes, vel qui sint actus, quàm quid sensus, et intellectus, id est quàm quid sit potentia, quia actus, & operationes priores secundum rationem sunt. *Si autem sic*, id est & si prius operationes debent definiri, oportet eum habeant obiecta, prius de obiectis facere considerationem, quoniam sunt priora secundum rationem, & notiora nobis, ideò propter eandem causam, per quam tractamus prius de operationibus, quàm de potentijs, per eandem tractamus prius de obiectis, quàm de operationibus, vt de alimento,

Expositio tex. 33.

Cõformitas prœm. cum his tractare nunc intẽdit Ar.

Declarat processus Ari. in tractandis animæ speciebus.

mento,& ſenſibili,& intelligibili. Et ſic Ariſto.a notioribus nobis,& communibus procedens,prius agit de Nutrimento, tanquam de obiecto, quàm de operationibus: quia oportet prius ſcire quid ſit potentia, quàm eſſentia, quid operatio quàm potentia, & quid obiectu n, quàm operatio. Quare primum,vt ait tex.34.de alimento,quod eſt eius obiectum, & generatione dicendum eſt: & reddentes rationem ſupradictorum, ſcilicet quare prius de vegetatiua quàm de ſenſitiua, & alijs agamus, dicimus, quod prius de vegetatiua agimus,quia eſt omnibus communior,& prima;& ſine ipſa alia eſſe non poſſunt, & ipſa bene ſine alijs. Nam per animam vegetatiuam ineſt alijs omnibus viuere,& prima,& maximè communis eſt.nam omnibus ineſt viuentibus, quare ob hanc cauſam primo de ipſa tractandum eſt,vt a notioribus nobis, & vniuerſalioribus incipiamus. Cuius opera,ſiue actus ſunt generare,& alimento vti,ſcilicet nutrire,& augere. ſub alimento comprehẽditur augere,nam in nutritione, & augmentatione eſt conuerſio alimenti in viuens, quamuis ſub diuerſa ratione.

Tex.34 Cur de vegetatiua prius agẽdum.

Poſtquam demonſtrauimus quare prius agendũ eſt de vegetatiua anima,q̃ de alijs, & diximus, q̃d tres ſunt ſuæ operationes Generare,Nutrire,& Augere: nũc ꝓbabimus, quod omnes iſtæ operationes proueniunt ab ipſa vegetatiua: qm̃ non bene naturam alimẽti, a quo incipiendũ eſt cognoſceremus,cum ſit applicabile, & commune omnibus operationibus,niſi prius ſciremus, quomodo ab ipſa vegetatiua,operationes iſtæ depẽdeant, & cauſentur; quæ vegetatiua pro obiecto vniuerſali habet alimẽtum. Ideò vt per præexiſtentem cognitionem ſemper ducamur in notitiam rerum, prius de cauſalitate iſtarum operationũ loquemur, incipientes a generatione, & probabimus, quod principaliter ab ipſa vegetatiua proueniunt; quoniam actio quæ eſt naturaliſſima omnibus, & ſolis viuentibus quæ ſint perfecta, ideſt competentis ætatis, & non pueri, & non mutilata, ideſt non priuata aliquo membro

requiſito,

requisito ad generationem, sicut Eunuchi; & quod generationem spontaneam habeant, idest, quod non sint producta ex putrefactione, vt Mus, principaliter est ab anima vegetatiua. Sed generare sibi simile in specie est actio, quæ conuenit omnibus, & solis viuentibus, vt patet, quod Plantæ generant sibi simile in specie, scilicet plantam, & animalia aĩalia, & homines, ergo hæc actio, quæ est generare, competit principaliter animæ vegetatiuæ, & ratio quare omnia generant sibi simile, est, quoniam omnia inquantum possunt, conditionem subeunt diuinam, quæ est desiderium perpetuandi: quoniam omnia viuentia, & nō solum viuentia, sed omnia naturalia, desiderant conseruationem suam, & propter hanc agunt omnia, quæ agunt. Visa dependentia, & causalitate quæstionis ab ipsa vegetatiua, nunc reddemus rationem, quare à natura data fuit generatio, & ad quem finem, dicentes, quod non potens natura, vt ait Tex. 35. sicut res diuina indiuiduum perpetuare, ideò ut perpetuetur species rei viuentis data est, q̃a omne indiuiduum rerum viuentium inferiorum est corruptibile, nisi per generationem produceret sibi simile in specie cito species deficeret. & ideò Auer. consi. 34. inquit sollicitudo diuina cum non potuerit facere ipsum viuens permanere, idest perpetuari secundum indiuiduum, miserta] est in dando ei virtutem generatiuam, quæ potest permanere in specie; Toletus verò in his textibus nihil consonum menti Arist. tangit. & quamuis in Tex. 33. loquatur insipidè de methodo, hoc facit, quia litera est clara; sed non recordatur, quod talem methodum, & modũ procedendi in procœmio proposuit Aristo. vt ostendimus. nec in Tex. 34. ostendit necessitatem tractandi de causalitate operationum ipsius vegetatiuæ, quæ est illa, quam diximus, vt natura alimenti melius dignoscatur, quam tractare in principio tanquam de obiecto proposuit, ut a notioribus nobis incipiat. Eodem modo procedit Aristo. in his operationibus, sicut fecit Tex. 14. & vltra, vbi postquã dixit animam viuere, sentire, & intelligere, statim demon

strat,

Qđ generare sit actus uegetatiuæ potentiæ.

Finis generationis.

Tex. 35. Quare a natura data fuit gñō

Defectus Toleti in præcedẽtibus text.

ſtrat, quod anima ſit cauſa viuendi, ſentiendi, & intelligendi. ſic ad præſens dixit, quod vegetatiua eſt generare, nutrire, & augere, & ſtatim demonſtrat quomodo ab ipſa vegetatiua proueniant; & hoc eſt artificium Ariſt. demonſtrare neceſſitatem rerum tractandarum, cum alio modo tractari non poſſint, niſi in confuſo, & ab ignotis nobis procedatur. Poſtquàm demõſtrauimus vegetatiuam eſſe cauſam ipſius generationis, & ab ipſa prouenire, reliquum eſt idem demonſtrare de nutritione, & auctione. & quoniam dicitur, vt ait Tex. 36. cauſa formalis, finalis, & efficiens, declarabimus quomodo ſit cauſa formalis, & finalis, vt oſtendere poſſimus, quod ſit cauſa efficiens iſtarum operationum, & non cauſa finalis, nec formalis. & primo dicimus, quod anima eſt forma, quia dat eſſe omnibus viuentibus, & quia eſt actus eius, quod eſt potentia viuens .ſ. corporis, ergo eſt forma. Eſt etiam cauſa finalis, quia quemadmodum, vt ait Tex. 37. intellectus agit propter finem, ſic etiam natura, & naturalia agentia agunt propter finem. Ita anima in animalibus, & viuentibus eſt finis ſecundum naturam. i. per naturam intentus, quia corpora viuentium inſtrumenta ſunt ipſius animæ. vt enim eſt tibia artificis ad ſonandum: corpora autem dico animaliũ, & plantarum, hæc enim animæ organa ſunt. Dupliciter autem dicitur finis, vel ut cuius, ſcilicet in quod vltimo res ordinatur, vel ut quo, ideſt in cuius vtilitatem eſt finis. Corpora verò ordinantur ad hunc finem, vt eſſent animæ inſtrumenta. Poſtquàm oſtendimus quomodo anima eſt cauſa formalis, & finalis, cum Auctio, & nutritio ſint quidã motus, probabimus, quod anima eſt cauſa efficiens omnium motuũ per omnes ſpecies motus, vt remaneat per conſequens probatum, quod ſit cauſa efficiens auctionis, & nutritionis. Eſt enim principium motus ſecundum locum in his animalibus, in quibus ineſt motus, quoniam in plantis, & in imperfectis non ineſt motus: ſimiliter augmentum, & alteratio fiunt per animam: nam ſenſus eſt quædam alteratio, ergo anima eſt cauſa

Ari. artificium.

Tex. 36

Tex. 37

Anima eſt cã finalis.

cauſa efficiens alterationis. Præterea facit augmentum, & decrementum, quoniam nihil naturaliter augetur, vel diminuitur niſi alatur, & nihil alitur, quod non communicet vita, ergo anima eſt cauſa efficiens motuum viuentis. Vnde Toletus in Text. 36. quando dicit. Conſtituto vno, ſcilicet ab animæ vegetatiuæ potentia eſſe incipiendum, ab ipſiuſque operationibus, & obiecto, nunc ipſam cauſam effectiuam talium motuum eſſe vult oſtendere, ad cuius declarationem animam in triplici genere cauſæ principium eſſe corporis viuentis docet. Ecce quomodo iſte vir neſcit finem, & intentionem Ariſt. ad quid demonſtret animam eſſe cauſam formalem, & finalem, & efficiētem, non videt ipſe; quod debebat probare cauſalitatem Nutritionis, & Auctionis a vegetatiua, ſicut fecit de generatione. Non videt ipſe, quod anima cum ſit cauſa in triplici genere cauſæ, quod neceſſarium erat oſtendere omnes hos modos, vt tandem concluderet eſſe cauſam efficientem, ſicut iam in principio dixit. ergo ad hunc finem hoc fecit. & ſic in 37. Similiter Toletus dicit, ſimpliciter cauſam finalem eſſe nunc oſtendit, & ſimiliter cauſam efficiētem, & quare hoc, & ad quem finem præterit, ita quod faciunt iſti expoſitores Ariſt. uel a caſu, vel ad libitū, vel ſine ordine res tractare, non videns, quod omnia, quæ ipſe dicit, & tractat, neceſſario debent ſic tractari, & filo cōtinuo verba verbis, & textus textibus connectuntur. Cum iam manifeſtum fecimus animam eſſe cauſam efficientē motuum viuentis, non ab re erit refutare opinionem Empedoclis, qui, ut ait Tex. 38. motum augmenti tribuebat elementis, dicens. Ideo plantam deorſum augeri, quia partes terræ, quę in ea ſunt, deſcendunt deorſum, & ſurſum, quia partes ignis ſurſum tendunt. Et ſic non bene Empedocles ſciuit, quid ſurſum, & quid deorſum, & quomodo accipi debet. Non enim eodem modo ſurſum, & deorſum in omnibus, & uniuerſo; nam in mundo ſurſum dicitur quo tēdunt leuia, deorſum quo tendunt grauia, et hoc ex natura rei, et non reſpectu noſtri. quamuis enim eſſemus ſupra

Expoſiti o tex. 36. p Tolet.

Reiicitur

Reiicitur Toletus vt diminuit.

Errores expoſitorum.

Tex. 38

coelum, adhuc locus ignis sursum diceretur. In aīalibus aūt non sic illa sumūtur, sed sursum dr̄, quo alimentum sumit. & hoc erit caput in aīalibus, & in plātis radices, deorsum, quo excrementa expelluntur. & sic rami, qbus excrementa expelluntur, qui sunt fructus, dicunt deorsū, cuius rō est, qm̄ instrumenta non aliter diuersa, & eadē dici debent, quàm ex operationibus. Cum ergo radix in plantis, & os in animalibus eiusdem sint operationis, fit ut eiusdem rationis sint instrumenta, & utrunque sursum dici debeat, & non penes ordinem vniuersi, sicut ait Empedocles. Præterea, o Empedocles, quid est illud, vt ait Text. 39. quod continet ignem, & terram in planta, quæ in contraria feruntur, si non continentur, ergo unumquodque in suum locum distraheretur, & mistum dissolueretur. si autem ab aliquo alio, & continetur in planta, ergo id erit principium primum motus, & id erit anima, q̄ erit principium uegetandi. Alij dicebant ignem esse causam nutritionis, & augmenti, quoniam ignis inter elementa maximè nutriri, & augeri videtur, & ideo in plantis, & animalibus putauerunt ignem esse causam nutritionis, & augmenti, ut ait Tex. 40. quę opinio refutatur, quoniam ignis non est causa principalis, vt ait Tex. 41. sed concausa, quia calor est necessarium instrumentum, quo fit nutritio, & aug. calore enim alteratur alimentum. Ideò ignis non est causa principalis augmenti, nisi anima, quia ignis augmētum ex se non habet terminum, sed crescit sine limite posito combustibili, at viuentia omnia quæ dicuntur natura constantia habent terminū certum suę quantitatis, quem transgredi non licet, quantumcunque eis alimenta addātur. Hæc igitur scilicet, Nutritio, & Auctio sunt animæ, id est proueniunt ab anima, & non ab igne, quia auctio, & nutritio fiunt magis secundum formam, quàm secundū materiam, at elementa in mixtis potius sunt, vt materia. Postquàm demonstrauimus quomodo vegetatiua est causa generationis, nutritionis, & auctionis, cum redargutione Antiquorum, vt melius alimentum cognoscatur, cum

Secunda rō contra Emp.

Tex. 40.
Tex. 41.

sit

fit commune omnibus operationibus vegetatiuæ, nunc,
Tex.42. Proponit tractare de alimento. quoniam eadem vis animæ, vt ait Tex.42. fit, & nutriendi, & generandi, primum de alimento tanquam de obiecto necessarium est determinare, sicut in principio proposuimus, & sicut decet, si a notioribus nobis incipere volumus. Separatur.n. anima vegetatiua ab alijs animabus ꝑpter hoc, quoniam solæ vegetatiuæ datum fuit in obiectū alimentum ipsum. Incipientes igitur ab obiecto vegetatiuæ. s alimēto, iuxta propositum dicimus, quod alimentū, vt ait Tex.43. est contrarium alito; debet.n. mutari in ipsum. non esset autem mutatio, nisi aliquo modo esset cōtrarium, & non ex omnibus contrarijs, ut homo ex albo fit niger, vel ex sano infirmus: sed ex illis contrarijs debet esse alimentum, quorū mutatio sic se habet, vt unius mutatio alterum augeat. Præterea, quod sic augeat, vt nō fiat mutua mutatio; non enim alitum in alimentum, sed alimentum in alitum conuertitur. Quod exemplo declaramus. Aqua enim ignis est alimentum, non tamen ignis aquæ. Igitur si in simplicibus corporibus aliud est alimentum, & aliud quod alitur, ergo tanto melius in viuētibus hoc erit; alimentum igitur erit contrarium, quod sua mutatione crescere facit; non autē ipsum crescit animati mutatione. Et quamuis diximus alimentum esse contrarium

Tex.43. Quid sit alimentum

Tex.44. opi. antiquorū circa alimentum. alito: tamen hoc est dubium, ut ait Tex.44. sunt enim duæ philosophorum opiniones. Quidam dicunt alimentū esse simile alito, similiter augmētum simile aucto, ratio est. Ex eodem nutrimur, & augemur, sed non fit auctio nisi ex simili, ergo nec nutritio. Alij contrarium dicunt, alimentum esse contrarium alito, sicut diximus, quorū ratio est, quoniam non fit mutatio, nisi in contrarium, aut in medium, quod etiam contrarium est. sed alimentum mutatur in alitum, ergo debet esse ei contrarium, & non simile. Præterea, alia est ratio, quod alimentum debet esse contrarium alito. Nam alimentum, vt ait Text.45. patitur
Tex.45. ab alito, digeritur enim, & concoquitur, ergo debet ei cōtrariū esse. Nam simile non potest pati a simili, sicut faber

tanquam

tanquam alitū non patitur a ligno tanq̃ ab alimento. sed solū lignum tanquam alimentum a fabro, i. tanq̃ ab alito patitur. Non est autem in alito, vel in fabro nisi mutatio secundum operatione͂, quia prius non operabatur, & post operatur. Similiter, viuens ante nō alibatur, postea alitur: sic mutatur, sed non vt in alimentum cōuertatur, sicut alimentum in ipsum conuertitur. Volentes autem dissoluere hanc diuersitatem opinionum, videndum est, vtrum alimētum sit id, quod vltimo aduenit, an id qđ primo. Vnde dicimus, quod si consideratur, vt ait Ari. alimentum indigestum, & indecoctum, tunc est contrarium & dissimile; si autem digestum, & perfectum ac proximum alendæ parti, tunc simile est. In principio.n. est contrarium, in fine simile, & sic vtraq; opinio dicit rectè, sed nō omnino, quia alimentum vtrumq; est, & indigestum, & digestum, puta cōtrarium, & simile. Reiectis supradictis opinionibus de alimento, manet declarare naturam alimenti. dicimus igitur, quod alimentum, vt ait Tex. 46. habet ordinem ad corpus animatum, inquantum animatum, quoniam nihil alitur non participans vita, quare & alimentum habet relationem per se ad ipsum animatum, non secundum accidens, ita quod ablato alimento, aufertur corpus animatum. Postquam de alimento tanquam de obiecto tractauimus in vniuersali, quantum facit ad cognitionem operationum, potentiarum, & essentiæ ipsius animæ vegetatiuæ: nunc applicabimus ipsum operationibus, iuxta secundum propositum, vt ex his possit quis scire nō solum operationes vegetatiuæ, sed etiam quæ sint eius potentię. Dicimus igitur, vt ait Text. 47. quod secundum substantiā alimentum est obiectum nutritionis, secundum quantitatem auctionis, & secundum residuum, & superfluum, generationis. Ita quod ex his possunt elici definitiones ipsarum operationum. Nam nutritio erit operatio vegetatiuæ alimento nutriens substantiam viuentis. Auctio operatio vegetatiuę augens alimento quantitatem viuentis. Generatio operatio vegetatiuæ generans residuo alimenti simile

Dubium.

Tex. 46

Tex. 47

Definitio nutritionis Auct. & generationis.

ti ſimile in ſpecie; & ſimiliter corollariè declarantur Naturæ potentiarum. Nam nutritiua erit potentia vegetatiuæ data viuenti, vt nutrire poſſit alimento viuens quoad ſubſtantiam. Augmentatiua, vt augere poſſit alimento uiuens quoad quantitatem. Generatiua, vt generare poſſit reſiduo alimenti ſimile in ſpecie. Ecce quomodo ex declarata natura alimenti, duxit nos Ariſt. in cognitionem operationum, & potentiarũ animæ vegetatiuæ. Sed quomodo de iſtis operationibus potuiſſet nunc diſtinctè loqui, niſi prius, & in principio demonſtraſſet cauſari ab ipſa vegetatiua? ecce etiam quomodo gradatim a notioribus nobis ſemper incedens, ducit nos in cognitionem rerum. Quid dicit Toletus in hoc tex. cum alijs, nihil nec de Artificio, nec quomodo eliciuntur definitiones operationum, & potentiarum, ſed tantum dicit quod Ariſt. demonſtrat, quod alimentum triplex eſt, & conſiderari tripliciter poteſt. Tanta eſt breuitas Ariſt. & doctrina reſoluta, quod homines non percipiunt corrollaria, & concluſiones, quæ ex verbis ſuis debent elici. Ex tex. 46 & 47. prædictis poteſt elici reſolutio quæſtionis, An potentiæ, & actus diſtinguantur, & definiantur per obiecta. Nam ſi alimentum, quod eſt obiectum vegetatiuæ ſe habet ad corpus animatum inquantum animatum per ſe, & non per accidens relatiuè, ergo tã potentiæ, quàm actus habebunt reſpectum ad tale obiectum, quoniam ſine ipſo non poterunt differre. ſi ergo non poterunt ſine ipſo differre, ergo per ipſum definientur. Præterea non nè in ſequenti tex. Ariſt. dicit, quod ſine alimento operatio eſſe non poteſt? Reijciantur ergo Scotus, Heruens, Iand. & Caiet. Thien. qui dicunt, quod potentiç ſe ipſis diſtinguuntur, & abſolutè, non autem per obiecta, niſi extrinſecè, & quoad nos, & naturam, ſed in genere ſolius cauſæ finalis. quoniam non viderunt hic bene Ariſt. nec ipſum intellexerunt. Præterea duobus modis tm̃ poſſunt cõſiderari potentiæ, vel formaliter, vel cauſaliter. Si formaliter, cum ſic debent operari, ergo neceſſario per obiecta definientur, vt augmentatiua

Quid nutritiua potentia augmẽtatiua & generatiua.

Defectus Toleti, & aliorum.

Impotẽtię & act⁹ vn diſtinguãtur, & definiant per obiecta.

Dupliciter conſiderant potentiæ.

tatiua habebit respectum ad augendum alimento quanti tatem, Nutritiua substantiam &c. si causaliter sunt eadem in essentia, & non distinguuntur essentialiter, ergo si alio modo non possunt cōsiderari, & quod causaliter sunt eadem, ergo quoad operationem, & formaliter per obiecta distinguentur. Taceat etiam Franciscus Toletus 2. de anima q. 8. in hac resolutione cū suis argumentis, distinctionibus, conclusionibus, & resolutionibus argumētorum, qm̄ vno verbo à natura rei soluuntur istæ qōnes. Si bene naturam animę, potentiarum, operationum, & obiectorū cognouissent Latini non extra propositum has qōnes quę fuissent, nec tractassent. Præterea corrollarie sequitur resolutio qōnis, An potentiæ vegetatiuæ distinguantur realiter inter se. qm̄, cum causaliter consideratæ sint eędem, ergo non possunt distingui realiter, qm̄ quæ in vnam essentiam vnitiuē concurrunt, non possunt inter se realiter distingui, bene formaliter. Ideò etiā Toletus q. 10. huius secundi, qn̄ dicit in prima conclusione, quod virtus generatiua, quæ est in generante, differt ratione, & realiter à nutritiua, et augmentatiua, dico, quod si ratione, non realiter, sed tantum formaliter, & similiter aliæ duæ potentiæ, ita quod omnes tres formaliter inter se differunt, & non realiter per rationes supradictas, et si realiter distinguerentur, ergo diuersas essentias haberent, ergo semper manerent. sed hoc est falsum, qm̄ augmentatiua deficit in ętate consistenti, Generatiua in senibus. ergo non realiter distinguuntur. Nō acceptentur igitur Alb. tra. 2. ca. 6. & 9. & Iand. Aegid. & Caiet. qui tres potentias multiplicant, distinctasq; realiter faciunt, quoniam tātum formaliter differunt, qm̄ Nutritiua data est ipsi rei viuenti, vt debito tempore, puta 30. 10. vel 50. annis vel plus, conseruetur in esse viuo. Nam cum resoluatur substantia rei viuentis, sicut oleum resoluitur, & consumitur in lampade ab igne, nisi per potentiam nutritiuam cōuerteretur alimentum in substantiam rei nutritæ, vt fiat restauratio de eo, quod est consumptum, cito viuēs deficeret, & corrumperetur.

Resolutiō qōnis an potētiæ vegetatiuę distinguātur realiter inter se.

Reiicitur Toletus.

Reiiciūtur Albe. Ian. Aegid. & Caiet.

fetur. Sicut si non fieret appositio in lampade per aliud oleum, cito lumen lampadis deficeret. & hinc est, quod videmus hominē non posse plus q̄ per tres, aut sex dies sine cibo viuere: qm̄ continuè consumitur substātia corporis sui, & cum nō fiat restauratio per cibum nouum, ideò tandem moritur. Augmentatiua verò data est ipsi rei viuēti, vt ad debitam quantitatem deueniat s̄m conuenientiam suæ speciei. Nam viuentia ex paruo semine generantur, & cum parua quantitate nascuntur, & ideo vt ad conuenientem quantitatem deducantur, data est eis potentia augmentatiua. Vnde Philop. tex. 47. qui Augmentatiuam, & Nutritiuam eandem dicit esse potentiam formaliter, non rectè dicit. Generatiua verò data est, vt superius diximus, in principio ad mentem Ari. Remanet igitur conclusum contra aliter sentientes ad mentem Ari. potentias vegetatiuas nō realiter inter se distingui, nisi formaliter. Ad alia accedamus. Cum ergo ex dictis clarum sit, quid obiectū, quid operatio, & quid potentia animæ vegetatiuæ: nunc eliciemus definitionem ipsius essentiæ, & explicabimus ipsam. Quare huiusmodi animæ principium, vt ait Text. 48. s. vegetatiua est vis talis. i. actus, sicut tex. 14. declaratū fuit, cum causa materialis ipsius animę sit vniuersalis omnibus animabus, & omnes sint actus corporis, vt saluet suscipiens ipsum, i. actus corporis viuentis supple alimento conseruās ipsum, s̄m quod est huiusmodi. i. secundum q̄ conseruari potest. dixi supple alimento, qm̄, vt dicit Arist. Alimentum est obiectum operationis, quod præparat ad ipsam operationē, vt ipsum corpus animatum conseruet, sine quo alimento operatio esse non potest. Definitio igitur integra vegetatiuę animæ erit hęc. Vegetatiua anima est actus corporis animati alimento cōseruans ipsum, s̄m quod potest. Vnde Toletus qui dicit, quod in hoc tex. trāsit ad potentias, & quod unam definit, est in errore, quia superius hoc fecit, & ideo definit essentiam, & similiter est in errore Tex. 49. quoniam non explicat quot denominationem ab alimento sumant, sed confirmat definitionem

[Margin notes: Quare data fuit augmētatiua. — Reiicitur Philopo. — Quare data fuit generatiua. — Tex. 48 — Reiicit ex p6. Toleti.]

nem

nem: quoniam sunt tria quæ concurrunt in vegetatione. Quod alet,& est ipsa vegetatiua;quòd verò alitur,& est ipsum corpus animatum,& quo alitur.s. alimentum, quod est illud,quod habet ordinem ad corpus animatum. ecce quod hæc tria nihil aliud sunt,quàm definitio supradicta, & sic est etiam in errore,quando dicit,his positis animam vegetatiuam per causam finalem definit, ita quod secundum Toletum Arist. non definiret vegetatiuum, nisi per finem,& non per formam, & per consequens per causam extrinsecam,non nescis,quod nulla dicitur esse bona definitio quæ non constat ex materia, & forma in rebus naturalibus?hæc non est intentio Ari.o Tolete, est enim intentio sua post datam definitionem essentialē, loqui de fine animæ vegetatiuæ,tanquam causa extrinseca ipsius definitionis. Omnis.n.definitio requirit causam finalem, & sic non dat definitionem vegetatiuæ animæ tātum a fine, sed post definitionem essentialem demonstrat etiam causam finalem ipsius definitionis.dicit igitur, Atque cum sit par vniuersas res a fine denominare, finis animæ vegetatiuæ erit generare quale est id,quòd ipsum habet. Vnde talem finem qualem describit,non applicabimus tantum generationi,vt dicit Toletus,sed omnibus potentijs, vegetatiuæ, quia potentia Nutritiua data est, vt posit generare, quale est id, quod ipsam habet.s. substantiam, quoniam substantia, substantia reparatur,& Potentia augmentatiua data est, vt possit generare similiter quale est id, quod ipsam habet.s.quātitatem similem ad illam,quàm habet. & deniq; potentia generatiua data est, vt posit generare simile in specie & sic erit potēs conseruare viuens in specie,in quantitate, & in substantia. ideo dicit, Erit anima primò profectò principium generādi tale,quale est, quod hanc ipsam animam habet. quoniam si est Augmentatiua,habet respectum ad quantitatem: si Nutritiua ad substantiam:si generatiua ad simile in specie. Definiatur igitur anima secundum omnes causas intrinsecas, & extrinsecas,sic. Anima vegetatiua est actus corporis animati ali-

Tria cōcurrunt in vegetatiua.

Ali' error Toleti.

mento conseruans ipsum, secūdum quod potest generando semper tale, quale est id, quod ipsam habet. Et quoniā diximus alimētum esse necessarium vegetatiuę, quoniam in definitione eius includitur, vt nullum dubium de ipso remaneat, quantum ad propositū pertinet, dicimus, quod duplex est alimētum, sicut id quo gubernatur nauis, quod est manus, & Temo, vt ait Tex. 50. Temo autem mouet nauim, & mouetur a nauta. Manus verò mouet, & non mouetur. Similiter omne alimentum indiget concoctione, & digestione, quæ fiunt per calorem naturalem. Vnde omnia viuentia habent calorem, & sic calor est instrumentū, qđ mouet alimētum, & mouetur ab anima: & alimentum est illud, quod non mouet aliud instrumentum, sed mouetur tantum. Figura igitur, idest vniuersaliter, & quantum nostro proposito conuenit de alimēto dictum sit, scilicet, Quod alimentum sit obiectum vegetatiuæ contrarium alito, quod sua mutatione crescere facit corpus animatū a calore naturali motum, vt ipsum conseruare possit. posterius de ipso in proprijs sermonibus loquemur. Taceāt igitur omnes, qui in hunc vsque diem, hos textus de anima vegetatiua exposuerunt; quoniam errauerunt circa intentionem Arist. methodi, & etiam verborum expositionem, nescientes applicare intentionem proposito ab Arist. in principio, & verba textum connectere propter necessitatem rerum tractandarum. Veniamus ad reliqua.

Tex. 50. Duplex alimentum.

Reiiciūtur omnes circa expositionem supradictorū tex.

CAPVT

Caput Quintum.

CVM habeat tractare de Anima sensitiua, & hæc requirat antea sensus cognitionem in vniuersali, prout applicatur omnibus sensibilibus, & talis distinctionem vegetatiuæ & sensitiuæ, ut facilius animæ sensitiuæ essentia declarari possit, ideò prius probat quomodo sensus sit potentia passiua ad differentiam vegetatiuæ.

POSTQVAM de vegetatiua egimus, ad sensitiuam tractandam accedemus: hęc enim post vegetatiuam manifestior est, & cum de omni sensu in communi oporteat loqui, vt ait Tex. 51. antequam incipiamus de ipso tractare, opus est, ut ordo doctrinæ requirat prius ponere differentiā vegetatiuæ, & sensitiuæ, cum per passionem, & alterationem differat vegetatiua, a sensitiua. Dicimus igitur, quod sensus est, cum aliquid mouetur & patitur, scilicet pati quoddam, & moueri, vt dictum est Tex. 37. quod sensus est quædam alteratio. Sed quia diximus, quod sensus est alteratio, & passio quædam; aliqui dicunt simile a simili pati. sed hoc quomodo sit possibile, quod simile patiatur a simili, aut impossibile, idest, quod a dissimili patiatur, dictū est vniuersaliter in ipsis sermonibus de ipso agere, & pati. Sufficit hæc cōclusio, quod sensus sit passio quædam, vt demonstremus differentiam inter vegetatiuam, & sensitiuam. Nam vegetatiua, agens in obiectum nō per se ab ipso patitur, vt habetur Tex. 43. non enim alitum in

alimentum, sed alimentum in alitum conuertitur, quod exemplo aquæ,& ignis ibi declaratum fuit. Sensitiua verò ab obiectis patitur, non enim usus in colorem, sed potius color in visum agit,& odor in olfactum, sensibileque in sensum. Et vt melius veniamus ad cõfirmandum, quod sensus sit potentia passiua, dubitabimus quare sensus cũ sit potentia quædam, non se sentit. Dubium certè est, vt

Tex. 52 ait Tex. 52. propter quid sensuum ipsorum non fit sensus, idest quare sensus non se sentit, vt visus cur non se videt. Præterea, quare sine qualitatibus, quæ sunt extra sensus non se sentit, cum elementa sint in ipso, aut saltem ipsorum qualitates, quæ sunt sensibiles, scilicet cum elementa sint in tactu: aut qualitates cur tactus non sentit suas qualitates,& neruus suum calorem,& frigiditatem: Respondet philosophus, dicens Manifestum igitur est, quod sensus non sentit se, quia sensitiuum non est actu, sed potẽtia tantum. i. sensus non est actiua potẽtia, sed indiget mutari à b alio. Ecce quomodo probat,& confirmat, quod sit passiua,& reddit rationem, quoniam si esset actiua, vtiq; se sentiret, sicut combustibile non se comburit, quia in potentia passiua est. si autem actiuam potentiam haberet, vtique se combureret, etiam non existente igne externo. Data igitur responsione, cum dictum sit sensum esse Potentiam, ne fiat Aequiuocatio, distinguemus de potentia. Nam sentire, vt ait Tex. 53. dicitur dupliciter, vno modo

Dubiũ quare sensus nõ se sẽtit.

Tex. 53. potentia, vt dicimus sentire, quod potest videre,& audire, quamuis actu dormiat,& non audiat de præsenti: Altero modo dicitur sentire actu ipso, vt cum videmus,& audimus actu,& operamur. Similiter sensus dicitur dupliciter ipsa potentia sentiendi,& ipsa sensatio,& opera sentiendi, quæ dicitur actus. Primum igitur, quid sit actu sentire,

Distinctio de sentire potentia,& actu. Sensus dupliciter.

Tex. 54. & sensus actus, declarabimus. idem est, vt ait Tex. 54. pati, moueri,& operari. Cum igitur sensus operetur, moueatur,& patiatur, vt diximus, ergo est actus, quia motus est actus quidam, imperfectus tamen, ut dictum est in phisicis. Cum igitur sensatio actus dicitur, sic oportet intellige-

Quõ sensus sit actus.

re, quod sit actus, vt motus quidam, & passio. Quapropter est quidem, vt quæ patiantur ab aliquo dissimili ante passionem patiantur, & in principio; tamen post passionem, & finem ab aliquo simili, vt dictum est. Postquam declarauimus quomodo dicatur sensatio actu, videndum est quo modo dicatur potentia, inter distinctionem superius datam Tex. 53. Dicimus igitur, vt ait Tex. 55 quod dupliciter dici potest potentia aliquid sentire, sicut potentia scire.

Tex. 55
Dupliciter dicitur potentia remota, & propinqua

Primo dicitur aliquid sapiens in potentia remota, cum caret actu scientiæ, & caret habitu, solũ tamen habet animam, qua dicitur scire posse, ut puer, vel indoctus homo. Altero modo in potentia proxima, cum caret actu, tamen habitu habet. Hic autem non dicitur in potentia, sicut prior: nam ille ob id dicitur scire posse, quia est eorũ animalium, quibus inesse potest scientia, quæ potentia remota est. at posterior dicitur posse scire, quia statim cum voluerit, perueniet ad actum, & ad speculandum, si nihil extrinsecũ impediat, puta infirmitas, aut somnus, aut aliud, quæ iuxta intellectum sunt: sunt enim impedimenta ex parte corporum.

Quid dicit scire in potentia remota.

Alius postea dicitur scire actu, vt ait tex. 56. quia operatur contemplando, & speculando hanc literam A. vel aliquod aliud, & talis dicitur scire actu, reliqui verò in potentia.

Tex. 56
Quid scire actu.

Primi autem duo. s. sapiens in potentia remota, & proxima dicuntur scientes in potẽtia, sed prior s. sapiens in potentia remota non veniet ad speculationem, & actum perfectum nisi prius alteretur, & recipiat habitum aliquem, immo non solum recipit habitum, sed etiam reijcit alium habitum contrarium, vt ij, qui accedunt ad scientias acquirendas cum erroribus, & ignorantijs prauæ dispositionis: oportet enim eos non solum doceri, sed dedoceri. Posterior vero, idest sapiens in potentia proxima dicitur in potentia ad agendum, & speculandum, sed alio modo: nihil enim recipit, nisi ipsum actum, cum iam præhabeat habitum.

Postquàm demonstrauimus quomodo sensus dicatur potentia passiua, & quomodo sit actus sensus, & distinximus

mus de potentia: nunc distinguendum est etiam de passione, & alteratione, vt recte sciantur, quæ sit hæc alteratio, & passio sensus. Dicimus igitur, vt ait Tex. 57. quod passio non dicitur simpliciter, sed diuersimode potest intelligi. Nam quædam dicitur passio corruptiua, & talis dicitur passio propria, & est quando patiens priuatur aliqua forma per actionem agentis contrarijs vt quando aqua priuatur frigiditate, & recipit calorē per actionem ignis, propriè aqua patitur, & alteratur, & hæc verè dicitur passio, & alteratio, quia secundum qualitates primas fit. Alia perfectiua, & dicitur communiter pro receptione cuiuslibet formæ, etiam perficientis suum subiectum: vt quando intellectus recipit scientiam, dicitur passio, & alteratio cōmuniter, quæ alio termino dicitur alteratio perfectiua; & quando recipit formam substantialem, quæ fit actu, & perficitur, dicitur pati, & alterari communiter. Ideò quia hec non in subiecti destructionem, sed perfectionem tendūt: idcirco non simpliciter passiones, vel alterationes dici debent. Perficitur enim per has potētias subiectum, sicut potentia dici solet perfici ab actu, & a simili, idest sibi conuenienti, & proportionato. nam quemadmodum sentire, quando est cum læsione organi, dicitur pati propriè, vt quādo Socrates tangit ferrum ignitum, ipsum sentire est propriè pati: quando verò est sine læsione, immò cum delectatione, dicitur pati communiter, & perfectiuè, vt quādo Socrates tangit conuenienter calidum, odorat suaues odores, & videt pulcherrimam puellam. Hinc sequitur, quod cum aliquis ex habitu venit in speculationem, non est dicenda alteratio talis mutatio, sed est velut quædam additio, & consumatio actus ipsius, & habitus. quod si alteratio, vel passio dicatur, intelligatur aliud esse alterationis genus. Quocirca, ut exemplificemus hanc alterationem perfectiuam, dicimus, quod non recte dicetur alterari sapiens, ut ait Tex. 58. cum actu sapit, sicut nec ædificator cum ædificat. Illa igitur mutatio, qua ex habitu sapiēs venit in actum ad sciendum, non debet dici doctrina, vel disci-

Marginalia: Tex. 57 — Quid passio corrẽctiua & pfectiua. — Tex. 58. Quō dicat actu sapiēs & alterari.

disciplina, non enim docetur tunc, sed aliter est nominanda.

Cum verò ex non habitu acquirit habitum à magistro, & docente, tunc talis motus doctrina dicetur, sed non alteratio, nisi facimus duos alterationis modos, & secundũ contrarias, & priuatiuas. s. corruptiuas qualitates, & secũdum habitũ, qui perficit naturam subiecti. Declaratis distinctionibus de potentia remota, & propinqua, & de passione corruptiua, & alteratione: nunc oportet applicare ad sensum, & ostendere, Quomodo sensus dicatur potentia remota, & reducatur ad propinquam. s. actum primũ. Dicimus igitur, vt ait Tex. 59. quod reducens sensitiuum ex priori potentia. s. remota ad actum primum, est generans ipsum animal: cum enim semen accipit animam, & à quo accipit eam, accipit potentiam, sicut magister est, q puerum ducit ex potentia priori in habitum ipsum: est. n. generans in sensu, & magister ad speculationem. Quod autem reducat sensitiuum ex potentia proxima ad actum ipsam sentiendi, ostẽdimus. Sentire actu in sensu est, sicut speculari actu in intellectu. Vterque autem reducitur in actum ab obiecto, ut visio ab obiecto suo: intellectio pariter a suo. Quamuis discrimen sit inter obiecta ꝙ sensuum obiecta sunt singularia, & extra animam existentia, vt visibile, & audibile, quæ sunt color, & sonus, at obiecta intellectus sunt quodammodo in anima. Cuius ratio est, quia sensus est singularium, quæ extra animam habent esse: intellectus vero vniuersalium, quæ non habent esse, nisi in anima. Præterea est alia differentia sensus, & intellectus, quia intelligimus cum volumus, vt ait Tex. 60. non autẽ sentimus, nisi obiecto exterius præsente. & in hoc sensus assimilatur scientijs sensibilium, scilicet mechanicis artibus, quæ pendent ab exteriori semper, quia circa singularia sunt: hæc enim, quamuis sæpissime operatæ fuerint, dependent tamen semper in operando a præsentia obiecti, quia circa talia sunt singularia, quod in intellectu est contrarium. nam, cum semel intellectus intelligit vniuersalia,

Tex. 59. Quid reducit sensitiuum ex potentia remota & ꝓxima ad actum.

Tex. 60.

ſalia, ſibi ipſorum ſpeciem reſeruat: ut cum velit, intelligat, etiam abſentibus ſingularibus. At ſenſus exterior nõ: quantumcunque enim millies viſus vnum videret, non videbit ſemel, niſi illud rurſus ſit præſens. ſed, vt de his exactius, dilucidiusq; dicamus, dabitur nobis rurſum oc-

Tex. 61. caſio. Nunc autem vt ait Text. 61. tantum ſit definitum. i. de differentia hac inter ſenſum, & intellectum intantum dictum ſit, inquantum ducit nos in cognitionem, quomodo ſit ſenſitiuum in potentia duplici, remota, & propinqua: ſicut puer eſt in potentia remota ad militandum, &

Tex. 62. cum fuerit vir in propinqua. & quamuis, vt ait tex. 62. nomina non habeamus harum potentiarum, ſat eſt cognoſcere ipſas eſſe diuerſas, & quomodo diuerſæ ſint, & quãuis non ſit alteratio propriè, vel paſsio in ſenſu, vt dictum eſt, tamen vtimur his nominibus, ac ſi propria eſſent defe-

Concluſio ctu aliorum. Vnde, cum ſenſitiuum ſit potentià tale, ideſt paſsiua, ſicut dictum eſt, patietur ante paſsionem a diſsimili, & poſt paſsionem à ſimili,

Digreſſio circa ſupra dicta. Ecce quomodo Ariſt. volens tractare de ſenſitiua anima, primo dicit tractare de communi ſenſu, prout applicatur omnibus ſenſibus; ſed antea, vt requirit ordo doctrinæ, ponit diſtinctionem vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, vt habita differentia, facile poſsit eſſentiam ſenſitiuæ animæ declarare. & primo ponit, quod ſenſus eſt alteratio, & paſsio quædam ad differentiam vegetatiuæ, & quoniam talem dixit eſſe differentiam, nihil aliud facit, niſi quod comprobat hoc. & quia duo includit potentiam, & paſsionẽ: ideò diſtinguit de potentia, & de paſsione, oſtendens quomodo ſenſus ſit potentia, & quomodo alteratio concludens in fine, quod in principio propoſuit, ſcilicet quod ſenſus eſt potentia paſsiua, quę patitur ante paſsionem a diſsimi-

Defectus Toleti, & aliorũ circa artificiũ Ariſt. li, poſt paſsionem a ſimili. Vnde Toletus, & alij non notant artificium Ariſt. immo credunt, quod hic incipiat tractare methodice de ſenſu in communi: cum tamen ponat prius diſtinctionem dictam. Nam prius res, diſtinguũtur, & poſtea tractantur. Vnde proponit loqui in text. 51.

de

de omni sensu communiter; sed prius tradit distinctionem, & sic ab isto textu vsque ad 63. vt diximus in principio, nihil aliud facit, quã probare quod proponit in principio, scilicet quod sensus sit potentia passiua: vt cognoscatur differentia inter vegetatiuam, & sensitiuam; & hoc expositores non aduertunt. Immò Toletus in text. 63. dicit: posset autem dubium suboriri, cur de sensu in communi prius dixit, modo de obiecto. iuxta enim ipsius methodum de obiecto prius, quàm de potentia dicendum erat. Respondeo, dicit Toletus, quod si Ari. definijsset sensum in communi, vtique à sensibili exordium sumpsisset: sed id non fecit, sed solum propensionem quandam sensitiuis potentijs communem docuit, s. passiuas esse, reduciq; ad actum a generante, & ab obiecto aliter, & aliter: ob id non peruertit sibi propositam methodum, qua dicitur, quod indagando quid est potẽtiæ, incipiatur ab obiecto. Dico, quod si hoc fecisset, per hanc causam peruertisset suam methodum; sed intentio sua non est hæc, scilicet docere propensionem quandam sensitiuis potẽtijs communem, sed ponere distinctionem inter vegetatiuam, & sensitiuam, vt habita distinctione facilius in cognitionem deuenire possimus: Requirit modus tractandi semper distinguere res antequam tractentur, vt sciatur id, de quo intenditur: in omnibus enim locis sic fecit, vt notauimus in præcedentibus sermonibus nostris, & sic exponentes, & dilucidantes nos Aristotelem, nõ remanet dubium de peruertenda methodo: immò videmus esse necessitatem quandam sic res tractandi.

Dubiũ Toleti.

Responsio

Reiectio Responsionis.

Caput

Caput Sextum.

HABIT A distinctione sensitiuæ a vegetatiua, sequitur tractare, quod proposuit, scilicet de omni sensu in vniuersali; incipiens iuxta methodum suam, ab obiecto sensibili, quod triplex esse demonstrat Proprium, commune, & per accidens, vnumquodque illorum declarans. Deinde resoluuntur ex supradictis duæ quæstiones. Prima, quomodo datur virtus actiua in producenda sensatione, præter passionem illatam a specie sensibili in sensu. Secunda, si sensibilia propria, & communia cognoscantur ab anima, an potius eodem modo sui ipsius imagines, ac species pariant, ita quod eodem modo sentiantur.

CVM manifestata sit ad plenum differentia sensitiuæ a vegetatiua: nunc tempus est tractare quod proposuimus Tex. 51. scilicet de omni sensu in vniuersali, sequentes modum tractandi & ordinem propositum in proœmio, sicut superius adnotauimus. incipiēdū igitur ab obiecto est, & dicendum est, ut ait Tex.63. secundum vnumquemque sensum, & de sensibilibus primo. Dicitur autē sensibile tripliciter, idest obiectum animæ sensitiuæ, circa quod sensitiua anima negociatur, triplex est. Duo autē sunt sensibilia per se. i. obiecta per se, & unum sensibile, & obiectum per accidens. & illorum duorum aliud est sensi bile

Tex.63.

Sensibile tripliciter.

bile proprium, & aliud sensibile commune. Proprium appello quod ab vno tantum sensu cognoscitur, & quod duas habeat conditiones. Prima, quod ab alio sensu non sentiatur, quàm à proprio sensibili: secunda, quod non decipitur virtus circa proprium suum obiectum, vt visus circa colorem, auditus circa sonum, & gustus circa saporem, & tactus circa suas plures differentias. Sed sensus verus est circa proprium obiectum intelligendo, & iudicando veritatem, non eam quidem, quæ stet in compositione; sed, vt ait Themist. quatenus offertur virtuti cognoscenti, vt est in re. Talia igitur dicuntur propria vniuscuiusque. Notandum autem est cum Themist. ad hoc, quod sensus exterior non decipiatur circa proprium obiectum, tres seruandas esse conditiones. Prima, quod obiectum sit in debita distantia: Secunda, quod medium sit benè dispositum: Tertia, quod organum in quo residet virtus sit sanum. quam limitationem sequuti sunt Simplicius, & Iandunus, & quasi omnes. Vnde Auerr. qui dicit, quod in maiori parte non decipitur sensus circa proprium sensibile, est in errore, quoniam absolutè loquitur Aristo. præsupponens supradictas conditiones. Vnde melius Albert. tract. 3. cap. 5. quem sequitur Apol. q. 13. dicit, quod nullo modo sensus decipitur in proprio sensibili, quotiescunque cum supradictis limitationibus loquantur; & additiones quas ponit Toletus, sunt superfluæ, cum per supradictas possumus resoluere omne dubium, & saluare Aristo. ideò etiam ipse non acceptatur tanquam superfluus. Declarato sensibili proprio, veniamus ad commune. Sensibile commune, vt ait Text. 64. est motus, Quies, Numerus, Figura, Magnitudo. hæc dicuntur communia, quia non vno, sed pluribus percipiuntur sensibus, vt motus localis, qui visu, & tactu cognosci potest, vt patet. Tactu enim motum pulsus sentit medicus, visu, & auditu equum currentem percipimus. Vnde notandum, quod & si Aristo. dicat sensibilia communia illa esse, quæ sunt

communia

Quid sensibile ppriũ

Duæ conditiones ꝓprii sensibilis.

Sensus verus semp circa propriũ obiectum.

Error Au. opi. Albe. & Apo.

Reiicitur Toletus.

Tex. 64

communia omnibus ſenſibus, non eſſe hoc intelligendum, vt ſonant verba, ſed ad hunc ſenſum intelliguntur eſſe communia omnibus ſenſibus, nempè quod capiatur quodcunque ſenſibilium communium ſemper comparatur ſenſibus in ratione communis obiecti, ad differentiam proprij ſenſibilis, quod vnus tantum ſenſui compa-
No. Auer. ratur: quoniam, vt notat Auerr. ex quinque ſenſibilibus ab Ariſto. enumeratis duo ſunt, quæ ſunt communia viſui, & tactui ſolum, Nempe figura & Magnitudo: cætera verò tria omnibus reperiuntur eſſe communia.

Poſtquam declarauimus quid ſit ſenſibile per ſe commune, & proprium, reſtat declarare quid ſenſibile per accidens. Senſibile per accidens, vt ait Text. 65. dicitur;
Tex. 65. vt Diaris filius ſi albus ſit dicitur ſenſibile per accidens. Vnde dicitur ſenſibile, & immutare ſenſum, non qua parte filius eſt, ſed qua parte albus eſt.

Quapropter ſenſibile per accidens non immutat ſenſum, nec ab eo patitur ſenſus, vt tale eſt, niſi quia coniungitur cum ſenſibili per ſe. Senſibile igitur proprium eſt magis propriè per ſe ſenſibile, quàm commune, quia organi cuiuſque temperies magis eſt proportionata, & à natura inſtitura fuit, quàm communis. Ex ſupradictis igitur reſolutè poteſt ſciri, quomodo in via Peripatetica datur virtus actiua in producenda ſenſatione, præter paſſionem illatam à ſpecie ſenſibili in ſenſu; neq; enim ſatis eſt ad producēdam actu ſenſationem, ſpeciem reſolutam ab obiecto eſſe actu ſenſibilem, niſi fiat actu ſenſata. hoc modo videlicet, quod ad producendam ſenſationem præordinatur receptio ſpeciei ſenſibilis, ac paſſio, antequam fiat ſenſatio, nec in illa paſſione, ac ictu ſpeciei ſenſibilis in ſenſum ſequitur ſenſatio, ac cognitio, niſi mox impreſſa ſpecie, ac facta paſſione ſenſus, excitetur anima, & cognoſcat, ob id Galenus ſeptimo de placitis inquit, ad ſenſum duo requirunt, alteratio, & dignotio. Nonnè Ariſt. tex 63. ſupradicto dicit quod vnuſquiſq; .ſ. ſenſus iudicat de his obiectis: ſed iudicare, eſt agere, ergo ſenſus

Quō datur uirtus acti ua in producenda ſenſatione præter paſſionē illatā a ſpē ſenſibili ī ſenſu

non tãtum est passio, sed etiã actio: nec dicimus esse quinque sensus actiuos realiter differentes a passiuis, quemadmodũ aliqui opinati sunt: sed dicimus eandẽmet animã, ut organa informantem recipere. vt autem vtentem organis cognoscere, ac de speciebus sensibilibus iudicium deponere. ob id Themist. Tex. 144. si inquit anima nostra sensitiua solum receptiua esset specierum, esset sicuti res inanimatæ, ac sicuti Speculum recipiens solum species. Vnde si solum reciperet, & non iudicaret, ac sentiret, esset sicuti res mortua reperitur esse. Reijciantur ergo, qui volunt sensationem fieri in sensu concurrente duntaxat sensu passiue dicentes, quod Anima sensitiua est passiua virtus tantum, sicut vegetatiua actiua, & intellectiua media scilicet actiua, & passiua. hæc opinio patitur difficultatẽ, quoniam cum sensatio sit effectus, necessario dependet, & originem trahit a causa effectiua. modo si causa effectiua esset species sensibilis sequeretur, quod species sensibilis esset perfectior virtute sensitiua, cum agens sit præstantius patiente. Et quando arguunt contra nos, dicentes. Id quod potest producere aliquem effectum, potest etiam producere illud, quod consequitur illum effectum: obiectum autem sensibile est illud, quod producit sui speciem in medio, ergo producit etiam sensationem in sensu. Dico, quod peccatũ est in minori, quoniam proprietas, quæ insequitur hũc effectum, est etiam actu sensibile. at quod actu sentiat, est alius effectus diuersus, qui non potest causari ab ipsa specie, sed a re, & vi, quæ cognoscitiua sit. Præterea, quando dicunt species sensibilis potest producere passionem in sensu, ergo etiam sensationem, quoniam id quod potest producere suam dispositionem in passo, potest etiam producere formam. Dico verum esse, quando esset in potestate agentis. Vnde obiectum producit speciem, & disponit sensationem: sed non est in potestate deponere sensationem. Amplius cum dicunt, sequeretur, quod agens esset ignobilius sensu patiente, quia cum species recipiatur in passo, non autem in sensu agente, sensus

Reiicitur opi. illorũ qui dicũt sensationẽ fieri in sensu passiue tantum.

Argumentum cõtra.

Resolutio

Resolutio alterius argumenti.

sensus patiens etiam ille esset, qui cognosceret: sed virtus cognoscitiua est præstantior non cognoscente, ergo sensus patiens erit præstantior sensu agente. Hoc argumentum procedit ex malo intellectu, cum distinguant de duplici sensu altero agente, altero vero patiente, ac si essent duo sensus: cum tamen nos velimus vnicum esse sensum diuersimode se habentem. Vnde damnantur etiam Ioan. Iand. quæst. 16. & Appollina. quæst. 13. qui tot esse sensus actiuos, quot sunt passiui tenent, cum idem sit sensus patiens cum agente, ut diximus. Similiter reijciuntur Simpl. supra Tex. 51. & 52. & Plotinus Aenead. 4. libro 6. qui tenent sensationem esse actionem solius animæ, & non passionem, quoniam est opinio contra Aristot. qui dicit, sentire non est animæ solius, nec corporis, sed coniuncti, cuius est potentiæ. Concludamus igitur cum Aristo. Themist. Alexandro, Galeno, & Ioann. Gramma. Animam sensitiuam sentiendo agere, & pati. Non ne Aristo. superius Tex. 37. dixit animam esse causam affectiuam Generationis, Motus auctionis, & sensationis? ergo sentire est agere, non solum recipere. Præterea 9. met. 16. visionem ponit actionem manentem, ergo visio actio est, non sola speciei receptio; & hæc satis. Cum manifestum fecimus sensum sentiendo agere, & pati, cum obiectum sensibile sit multiplex, ut vidimus, quoddam proprium, quoddam verò commune, dignum inquisitione erit, si multipliciter, ac diuerso modo cognoscantur ab anima, an potius eodem modo sui ipsius imagines, ac species patiant, ita quod eodem modo sentiantur. Dico pro resolutione, quod sensibilia communia per species proprias sentiuntur, sicuti sensibilia propria: quoniam si tangam pomum æqualiter frigidum cum mea manu, cum frigidum non sentiam, & tamen sentiam magnitudinem, & figuram, sequitur sensibilia communia non per speciem propriorum, sed per sui ipsius imagines causare sensationem. Amplius, habemus ab Aristot. quod sentiuntur magnitudo, & figura

Reiiciuntur Io. Ian. A-poll. Plot. & Simpl.

Conclusio sedm Ari. Alex. Gal. & Io. Grã.

gura per motionem factam in sensu. Non benè igitur dixerunt Sanctus Thomas, Ioann. Gramma. Caiet. Themist. Paulus Venetus, & ultimo Toletus, quod sensibile commune non producit speciem, sed modificat species sensibilis proprij, & quod denique communia mouent sensum solum per propria. Quoniam dico, quod coloratum producit speciem distinctam a specie quanti, sed primo per se obiectum, ut coloratum mouet, per se vero, vt quantum. Nec valet dicere, cum proprium cum communi simul, & vt unum percipiatur, vna erit species taliter se habens, ratione ipsius entitatis cognoscetur proprium, ratione modi cognoscetur commune sensibile. Quoniam dicó, quod per speciem propriam cognoscitur commune sensibile; & cum sit coniunctum cum proprio per se primo sensibile proprium mouet, per se verò commune, & sic per species proprias vnumquodque. Sic etiam resoluuntur Aristote. authoritates, quando dicit in libro de sensu, Capitu. 6. in principio, quod sensus coniunctorum, & singularium sensibilium perceptiuus, & non ipsarum formarum: quoniam non dicimus sensum percipere formas in abstracto, sed in concreto suis debitis medijs, & per proprias species, & si sensibile commune est cum proprio, vnumquodque per propriam speciem sentitur, sed proprium per se primo, commune per se tantum. Concludamus igitur cum Aristotel. Scoto, Aegid. & Iand. sensibilia communia per species proprias sentiri, sicuti sensibilia propria. & quando dicunt, Motus est vnum de sensibilibus communibus, & habet solum mutatum esse, quomodo igitur vnquam poterit producere speciem vnius rei diuisibilis. Amplius cum motus fiat in tempore, sensatio autem fiat in instanti, quomodo vnquam poterit cognosci.

Reiicitur S.Tho. Io. Gra. Caie. The. Paul. Ven. & Tolet. qui dicunt sensibile cõe nõ producere speciẽ sed modificare spẽm sensibilis pprii

Conclusio scd̃m Ari. Aeg. Scot. & Iãd. qđ sensibilia cõia sicut propria p spẽs pprias sentiãtur.

Dico, quod producit speciem sui successiuam, & quod cognoscitur per mobile. Præterea cum dicunt, quies cognoscitur per suum habitum, habitus autem

quietis est motus qui non cognoscitur, ergo nec quies cognosci poterit.

Dico priuationem cognosci per habitum, si referatur ad obiectum; si autem referatur ad potentiam cognoscitiuam, cognosci secundum se, sicuti habitus ipse; & hæc satis, quoad prædictam inquisitionem. Veniamus ad particularia ipsorum sensuum.

Caput Septimum.

TRACTAT de visu incipiens iuxta propositum ab obiecto principali, scilicet colore, definiens ipsum, suasq; demõstrans passiones. deinde quia perfectè cognosci nõ potest absque lumine, & lumen absque diaphano, ideò prius de diaphano, & postea de lumine inquantum ducunt nos in cognitionem talis obiecti visibilis sermonem facit. vbi resoluitur quæstio, an lumen sit corpus, vel intentio. Sequens deinde sermonem de obiecto, prius de proprio, scilicet colore, & vltimo de innominato, scilicet visibili loquitur. Et reprehendit Democritum, qui dicebat, Diaphanum esse impedimento ad videndum, ostendens necessitatem medij, & distinguens ipsum ab alijs. Vbi in fine demoustratur ex dictis quomodo fiat visio.

EXPOSITORES simul cum Toleto dicunt, quod Arist. incipit à visu tanquam à nobilissimo omnium sensuum. Dico, quòd nobilitas, & ignobilitas rerum nõ includuntur in modis tractandi res, quoniam modus tractandi non respicit nobilitatem, & ignobilitatem rerum. sed cũ volumus docere & tractare res debemus respicere vniuersaliora, communiora, & manifestiora nobis; sic ergo respiciens Aristo. sicut fecit de vegetatiua, quia est communior, & nobis manifestior, ideò prius de ipsa tractauit. sic

Quare a visu incipiat Ari. scd̃m expositores & Toletum qui oẽs reiiciũtur.

de visu, cum sensus quidam sit ratione obiecti, sensorij, & medij manifestior reliquis incipit ab ipso, qui visus multa percipit, quæ non sunt obiecta adæquata visionis, sicut solem, stellas, & huiusmodi: cœteri verò sensus nihil percipere possunt, quin sit obiectum adæquatum, ergo ratione manifestæ cognitionis a visu incœpit, & non ratione nobilitatis. Quoniam, & si visus nō esset manifestior alijs, quamuis nobilissimus, ab ipso non incœpisset Arist. quia intentio sua est semper ducere nos a notioribus, & manifestioribus in cognitionem rerum, & non à rebus nobilibus, & spiritualibus, vt dicit Iauellus; immò quanto res sunt spiritualiores, deberent in vltimò tractari, cum spirituale sit longinquum a sensu: sed quia visus quamuis sit spiritualior, quoniā est, vt dixi, manifestior, ideò per hanc causam ab ipso incœpit. Non ne Tex.92. dicit Arist. volēs loqui de odore, quod non est facilè de ipso tractare, sicut fecit de sono, lumine, & colore, quia non ita manifestus est, ergo incœpit a manifestioribus, & non a nobilioribus, sicut aiunt Expositores, & Toletus noster. Incipientes igitur ab ipso, per rationes supradictas, & primo ab obiecto dicimus, vt ait Tex.66. cuius quidem est visus, hoc est visibile, idest visus refertur per se ad visibile, vt ad proprium obiectum. visibile autem est & color, idest obiectum principale, est color, quia principaliter videmus colores. & quod oratione quidem est dicere, innominatum autem existit, idest, & obiectum etiam visus erit, quod non habet nomen proprium, sed communiter dicetur visibile, sub quo continentur omnia, quæ videntur in lumine, ut omnes colores, & omnia corpora lucida, ut ignis, & astra: & omnia quæ videntur in obscuro, vt noctilucæ, & oculi cati, & quercus putrida, quæ in nocte videtur esse argētum. Vnde sciendum pro cognitione huius obiecti visibilis, quod idem obiectum visibile diuersis modis receptum, diuersimodè etiam nominatur. Nam si sit in corpore lucido, secundum se, sicut in sole, & igne propriè tunc appellabitur lux: si autem lux recipiatur in corpore diaphano,

Reiicitur Iauellus.

Tex.66. Expositio.

sicuti cum recipitur in aqua,& in aere, propriè appellabitur lumen: si autem recipiatur in corpore non quidem diaphano, sed solido, ac terminato, vt in lapide, ligno,& huiusmodi, quæ sunt terrestria, obscura & opaca, ratione cuius opacitatis obumbrant lucem in eis receptam, tunc lux hæc obumbrata ex terræ opacitate propriè appellabitur color. Visibile igitur erit obiectum adæquatum, color autem obiectum principale. Color igitur erit visibilis secundum se, non ratione; sed quoniam in seipso habet causam, vt sit visibile, idest color est visibilis in actu imperfecto, scilicet visibilis, secundum se; quia habet actum, sed non ratione, idest non est visibilis in actu perfecto,& completo, quoniam à lumine extrinseco perficitur. sed sat est, quod in seipso habet causam, ut sit uisibile, idest sat est, quod habeat actum, qui potest perfici a lumine. Vnde Expositio Themistij, Simplicij, Philoponi, cui adhæret Toletus, qui dicunt, quod vult declarare qualis color est uisibilis. dicit autem eum esse, qui est in superficie corporis. Superficies autem est secundum se uisibilis; non quod ipsa uideatur, sed quod ipsa sit, quæ colorem uisibilem recepit. ac corpus per ipsam videtur, nõ enim profundum corporis, nisi per extimam superficiem uidetur in plurimũ; non est dico talis expositio literæ Aristotelis, o Tolete, cõsona. Quoniam Arist. vult explicare naturam ipsius coloris. sed scire quomodo superficies sit uisibilis nec ne, hoc non declarat nobis naturam coloris. sed benè natura coloris cognoscitur, quando dicitur, quod sit actus, sed non completus, tamen potens perfici ab extrinseco. Vnde Auerr. quando dicit, color est per se uisibilis; quod si per se uisibilis, ergo cum per se habeat hãc proprietatem, ab intrinseco igitur illam habebit,& fluet in secundo modo dicendi per se a principijs coloris, sicuti fluit risibilitas a principijs hominis, ex quo uidetur concludi posse, quod cum dicitur ab Arist. colores esse per se uisibiles, quod ex se,& non ratione medij. Respondeo falsissimum esse, quod ab Auer. adducitur, cum in tex. Arist. Græco non re-

Reiicit expõ Them. Simp. Phi. & Toleti.

Expõ secũdũ Arist.

Argumẽtũ Aue. falsũ.

periatur Arist. dicentem colorem esse per se uisibilem, sed esse in eo quod est secundum se uisibilem, ut exponunt Graeci interpretes; & sic Sanctus Thomas, Caieta. & communiter Latini, qui Auerr. sequuti sunt, fuerunt in errore cum ipso: quoniam naturam ipsius coloris ignorarunt. Nam color cum non sit in numero earum rerum, quae habent esse suum, atque actum ultimum perfectum, & absolutum, sicut crediderunt supradicti cum Alexandro. Nec sit ex altera in numero eorum, quę nullum habent esse, ac nullum actum sicuti credidit Auempace, sed medio quodammodo se habeat, retinens actũ quendam, sed incompletum, ab extrinseco lumine perficiendum, atque absoluendum. siquidem cum essentia coloris sit lumen illud, quod in proportione diaphani cum opaco reperitur esse permixtum: quod tamen lumen, siue actus coloris, cum impurus sit, & hoc propter admixtionem ipsius opaci, nõ potest praebere colori talem perfectionem, ac talem actũ, vt colorem reponere posśit in actu perfecto, ac completo; cum ab opaco sibi permixto continuò impediatur, ergo fit vt indigeat auxilio extrinseci hominis, a quo actus illius luminis in illa mixtione colorum interclusus adiuuetur, ratione cuius adiumenti extrinseci id quod prius non poterat efficere actus ille coloris impurus, nunc unitus simul cum lumine extrinsecus adueniente, a quo alteram partem actus, siue essentiae sibi deficientem capit; ratione cuius efficitur color, atque absoluitur, operationes coloris efficit, cum tamen ante aduentum extrinseci huius luminis esset color in quadam potentia media. Ex quo sequitur vtramq; opinionem aliquid veritatis in se habere, simpliciter tamen vtramq; esse falsam. Cum verũ sit colorem etiam in tenebris esse colorem, sed non ex toto habere essentiam coloris. Verum etiam est, colorem in tenebris non esse actu colorem, nisi ab extrinseco lumine fiat color, non quidem ex toto, sed absoluatur pars illius actus, atque essentiae sibi deficiens: & sic lumen confert actum coloribus, sed aliqualem, non autem totalem;

Interpretatio uera graecorũ, & error aliorum.

Quid Ale. & Auép. de colore.

& quod hæc meá expositio consona sit Aristo. uerbis in tex. 67. demonstrat per definitionem, cũ definitio sit principium demonstrationis. Quare color sit uisibilis secundum se, non ratione, sed habens in se causam, vt sit uisibilis dicens ibi, *omnis enim color*, scilicet est visibilis, ut dixi, quia omnis color est motiuus eius, quod est secundum actum diaphani, idest corporis illuminati, scilicet color est visibilis per lumen. lumen enim est id, quod actuat perfectè diaphanum, & cum diaphanum est illuminatum, tũc apparet color. & ideò rectè dixit secundum se visibile, nõ ratione, idest non perfectè, & in actu completo, sed visibile intantum, quod potest illuminari ab extrinseco; quia omnis color sit uisibilis, mediante lumine; & sic non definit in Tex hoc 67. colorem, ut ait Toletus, sed demõstrat passionem coloris per suam definitionem. s. visibilitatem, per definitionem coloris: quoniam passiones demonstrãtur de subiectis, & demonstratio fit medio definitionis, cũ definitio sit principium demonstrationis. Postquam definiuit colorem, & demonstrauit passionem ipsius coloris, cum modus tractandi (ut perfectè obiectum visionis scire possimus) necessitet debere primo de lumine sermonem facere: ideò ibi, *vnde non est visibile*, reddit rationem, quare vult tractare de lumine, inferens necessitatem, dicens. Si verum est, ut diximus, quod color sit actus secundum se incompletus, habens causam se perficiendi, quia est motiuus corporis illuminati: verum erit, quod non erit visibilis sine lumine, sed omnis cuiusque color erit visibilis in lumine. Si ergo visibilis in lumine, ergo primo de lumine dicendum erit quid sit. Tot, & tanta non animaduertunt expositores in hoc tex. & præcipuè Toletus vltimus expositor, qui in textuum expositionibus multoties breuior est Aristotele, quia difficultates quas proponit, ignorat. Si sciuisset naturam definitionis, & demonstrationis, uidisset Aristo. definire colorem, & quomodo passionem coloris, quæ est uisibilitas, demonstratiue probat. sumpto medio definitionis, & denique quomodo infert necessi-

Tex. 67. Demõstratur quare color sit uisibiles secundũ se, non rõne.

Reiicit expositio Toleti in tex. 67.

Rõ quare tractat de lumine.

Defect⁹ expositorum & Toleti.

fatem tractandi de lumine, ut a notioribus nobis procedat, & peroptime in cognitionem obiecti visionis nos ducat. Cum ergo, ut incognita per nota manifestemus, cum lumen, ut ait Text. 68. sit aliquid diaphanum, uel perspicuum, declarabimus prius quid sit hoc diaphanum, cum exemplo: deinde dabimus definitionem luminis. Dicimus igitur, quod diaphanum est id, quod secundum se nõ est visibile, idest non videtur, quamuis sit uisibile. i. quod possit uideri per externum colorem, idest per lumen, ita quod perspicuum non videtur, nisi per lumen, & cum illuminatum est. Huiusmodi autem quæ diaphana dicuntur, sunt aer, aqua, & multa corpora solida. neque enim dicit Aristot. secundum quod aer diaphanum est: sed quoniam est natura eadem in his vtrisque, & in perpetuo illo, quod sursum est corpore, scilicet coelo. Idest non aer, neque coelum in eo, quod aer, & coelum; & sic cætera huiusmodi sunt diaphana, sed in eo quod habent unam naturam cõmunem. Hic expositores per naturam communem dicũt ineptias. aliqui dicunt, quod est identitas analogica. Toletus dicit, quod nullum est absurdum, si dicamus vniuoce cõuenire in genere corporis, & talis corporis, & deinde ait. Dicit etiam secundo, facile potest hanc naturam communem non esse essentialem, sed formam quandam accidentalem, quæ uocetur diaphaneitas, seu perspicuitas corporis; forma videlicet perspicui, ut perspicuum est, quæ facit esse aptum, & in potentia, ut lumen infra se recipiat. Ecce quomodo non intelligentes in uarias phantasticas incurrunt, ad quid duas expositiones proponere, cum una sola ueritas si? si sciuissent naturam diaphaneitatis, sciuissent naturam communem corporum coelestium, & aeris, & aquæ, & aliorum corporum perspicuorum. Dicit Aristo. quod non secũdum quod aer, uel aqua, uel corpus coeleste: idest non quoad formam, sed propter naturam communem: idest propter puritatem materiæ, quæ comm unit et participant quædam plus, quædam minus dicuntur perspicua. igitur, ut hoc declaremus, sciendum,

Tex. 68. ad diaphanũ & quare de ipso loquitur.

Quid per naturam cõem intelligãt: ignorant expositores & etiã Tolet.

Expõ uera

dum quod causa, ut sit diaphaneitas, est puritas ipsius materiæ; sicuti opacitatis causa est eiusdemmet materiæ impuritas. ex quo sequitur, quod id quod habebit minus de fœce, ac impuritate ipsius materiæ, erit etiam magis diaphanum. sicut e contra, id quod plus habebit de fœce ipsius materiæ, minus habebit de diaphaneitate, & magis ad opacitatem uerget. Ex quo patet, quàm malè ab aliquibus intellecta fuerit diaphani, atque opaci natura. quippe qui crediderint raritatem, ac densitatem ipsius materiæ esse causam diaphani, atque opaci. Quæ quidem opinio ex hoc deprehēditur esse falsissima, quoniam, tametsi plurima sint, quæ cum sint raræ substantiæ, perspicua sunt etiam, qualia sunt aqua, aer, ignis, cœlum. Præterea, & si plurima alia sint, quæ cum sint densa, sunt etiam opaca, sicuti est terra. Cum tamen videamus non omne densum esse causam opaci, & hoc quod plurima videamus, quæ rara sunt, & tamen sunt opaca, & obscura, sicuti est fumus. Præterea multa alia, quæ sunt densa, & crassa, quæ tamen sunt diaphana, & transparentia, sicut est vitrum: sequitur etiam raritatem non posse esse causam perspicui, nec densitatem causam opaci, sed puritatem, atque impuritatem ipsius materiæ. Igitur diaphanum, seu perspicuū nihil aliud erit, quàm effectus quidam, qui insequitur puritatem ipsius materiæ; sicuti opaci effectus, qui sequitur eiusdem materiæ impuritatem. quod quidem experientia etiam quotidiana apparere potest. Nam Alchimistæ, qui mixta corpora aliquando cum abstergentibus depurant, extrahendo id, quod est terreum, reddunt clariora illa corpora, quæ ante extractionem illius fœculentiæ, ac terræ densa erant, nigra, atque opaca. Cum ergo puritas, & impuritas sit causa diaphaneitatis, & opacitatis: ideo aer, aqua, & cœlum non in eo quod sunt. i. per suam formam, sed per naturam communem, idest per materiam, erunt diaphana. sed corpus cœleste cum habeat materiā purissimam, magis diaphanum erit, ignis minus, aer minus, & aqua adhuc minus. & sic gradatim secundum puritatem, & impuri-

Falsitas opinionis illorū qui raritatē & densitatē materiæ causam diaphani, & opaci eē dicebant.

& impuritatem materiæ. & hæc est illa natura communis, quam dicit Arist. & sua vera intentio. Taceant igitur garruli, & verbosi corticem literę exponentes, vel ad libitum suarum imaginationum. Declarato quid Diaphanum, nunc dabimus definitionem luminis, vt ad obiectum postea veniamus. Lumen est, vt ait Tex.69. actus huius Diaphani, secundum quod est Diaphanum, idest Diaphanum cum sit visibile in potentia, & actu non transpareat; lumē facit ipsum transparere, & ideò dicitur esse actus eius, secundum quod Diaphanum, idest actus huius transparentiæ, & non actus, idest, & non forma istius corporis; sed actus illuminans, & faciens videre quod videri potest; & quæ habent lumen in potentia sunt tenebrę, idest priuatio luminis, & sicut tenebræ illuminantur a lumine, sic Diaphanum in potentia actu illuminatur a lumine. Causa autem efficiens huius luminis, dicit Aristo. est ignis vel cœlum, vel aliud corpus lucidum. Quid igitur sit Diaphanum, & quid lumen, dictum est. Quod lumen non est corpus; quia neque ignis est; neque omnino corpus, neque defluxus corporis. Nam si lumen esset corpus, cum perficiat Diaphanum, quod est corpus, corpus penetraret corpus: neque enim possibile est, duo corpora in eodem simul esse. Præterea probatur iterum non esse corpus. Nam cum sit oppositio, vt ait Tex.70. inter lumen, & tenebram; & tenebra sit priuatio, sequitur igitur, quod lumen erit habitus; si habitus, ergo erit qualitas, non autem corpus. Vnde dicit Arist. Non rectè Empedocles, vel alius bene dixit, quod lumen sit corpus; quod moueatur localiter, & extēdatur ab Oriēte, in Occidens; & quod nos latet, quod moueatur, quia hoc est præter rationem, & veritatem, & contra experientiam. Si enim esset motus, quomodo in tanta distantia occultaretur, quamuis esset citissimus? Dicere autem, quod in tam immensa distantia motū corpus non percipitur, est magna petitio. Circa hanc difficultatem de lumine, fuerūt multę sententiæ. Nam aliqui dicebant esse corpus, alij substantiam spiritualem, alij formam substantialem,

Tex.69.

Quod lumen non sit corpus prima rō.

Tex.70.

Secūda rō.

Reiectio opi. Empedoclis.

tialem, alij nihil horum, sed solum apparentiam quandã sosis in medio; sicut apparet res in speculo, non tamen est aliquod ens in medio. Alij verò, vt Scot. 2. sententiarum dist. 13. q. vnica. Aegid. & Caietanus Thie. dixerunt lumẽ in medio esse intentionem, non autem rem, quia cum sensibile positum supra sensorium nõ sentiatur, & hoc quod non causet sui speciem; modo si lumen esset qualitas realis, cum oculum ingrediatur, videri non posset, & tamen non solum videtur, sed est causa etiam, quod cœtera omnia videantur. Amplius, si non esset qualitas intẽtionalis, non diffunderet in instanti per medium. Alij oppositum tenent, sicut Sanctus Thomas, Albert. & Ioann. Gramma. quod lumen, quod est multiplicatum a luce in diaphano, sit qualitas realis. Etenim inquit Sanctus Thomas, cum denominatio fiat a qualitate reali, & lumen aerem denominet: sequitur igitur, lumẽ esse qualitatem realem. Amplius, quod a lumine proueniat effectus realis, nempè calefactio ipsius aeris, & huius opinionis est noster Toletus. Quos omnes in parte damnamus, quia naturam qualitatum ignorauerunt, & quantum ad primum, quod non sit corpus, iam Arist. hoc probauit. quod verò sit qualitas, & quomodo, pro resolutione sciendum est, quod qualitatũ quædam sunt eductæ ex qualitatibus elementorum pure materiales, ac corporeæ: quædam vero pure incorporeæ, ac spirituales, sicuti sunt colorum imagines: quædam vero mediæ inter reale, & spirituale: quare dicimus lumen esse in numero earum qualitatum, quæ mediæ sunt. Neque enim pure materialis esse potest, cuius rei signum est, quod non in instanti, sed succesiuè in medio multiplicaretur, & in hoc procedunt rationes Scoti, neque est pure spiritualis rationibus a Sancto Thoma adductis, sed mediat, & anceps est inter materiale, & spirituale. Et sic per hanc distinctionem resoluuntur omnia argumenta, quæ in contrarium adduci possunt.

Opi. Scot. Aeg. & Caie. de lumine.

opi. S. Th. Alb. & Io. Gr. de lumine.

opi. Toleti de lumine.

Triplex ordo qualitatum.

Postquàm declarauimus quid diaphanum, & quid lumen inquantũ ducũt nos in cognitionẽ obiecti visionis,

scilicet

scilicet coloris, redeamus ad obiectum; & quoniam principio proposuimus duo obiecta, proprium, scilicet color, & innominatũ, quod est visibile: nunc incipiemus a proprio, & hæc est continuatio Tex. Arist. quam non animaduertit. Cum ergo dixerimus superius, quod color secundum se non ratione visibilis est: & demonstrauimus, cum Arist. visibilitatem esse passionem coloris, quia omnis color est motiuus diaphani actu, idest corporis illuminati, idest, quia omnis color tunc videtur, quando diaphanum illuminatum est. tunc enim mouetur color, quando actu est diaphanum, idest illuminatum. quoniam, quando non est illuminatum, est in potentia. nunc demonstrabimus quid sit susceptiuum talis coloris, dicimus igitur, quod colore vacat, vt ait Tex. 71. est aptum ad suscipiendum im-

Tex. 71. qd sit susceptiuum coloris.

mutationem a colore, quia id est susceptiuũ coloris, quod est sine colore; similiter soni, quod est sine sono. Perspicuum est tale, quia est inuisibile, & vix videtur, sicut tenebrosum. Nam perspicuum cum actu non est, sed cum potentia, videri potest; sed non videtur, nec ideo diuersum est, vel sit cum lumine, vel sine. [nam idem subiectum, & eadem natura modo sub tenebris est, s. in potentia, modo sub lumine idest actu, & hæc quoad obiectũ propriũ. transeamus ad obiectum commune, scilicet visibile, di-

Tex. 72

cemus, vt ait tex. 72. quod non solus color est visibilis, vt superius diximus, sed etiam alia visibilia videntur in tenebris, absque lumine. nam color est cum lumine solũ. Sunt enim aliqua, quæ in tenebris videntur, vt aliqua ignea, & lucem participantia, quæ vno communi nomine carent, vt cornu, fungus, putrefacta ligna, capita piscium, & squãme, & oculi. Hæc enim non habent proprium colorem, sed dicuntur visibilia. Causam verò posterius trademus, sufficit, vt ait tex. 73. hæc intantum dixisse, vt manife-

Tex. 73.

stetur natura ipsius coloris, quia sicut obiectũ commune non indiget lumine, sic e contra color, videtur in perspicuo actu, & ideo benè dictum est, colorem esse motiuum secundum actum diaphani, actus autem diaphani est lumen

men. & quod color non videatur, nisi in perspicuo actu a signo, probamus. Si enim coloratū supra uisum ponatur, non videtur, quod non aliunde prouenit, nisi quia deest perspicuum actu, scilicet aer illuminatus. hunc enim mouet color, & aer motus mouet oculum, cui ipse cōtiguus est. Vnde reprehendendus est Democritus, sicut facit tex. 74. qui non solum non esse necessarium putabat perspicuum ad videndum, sed dicebat potius esse impedimento. Vnde si esset vacuum a terra in cęlum, vtique formica existens in cœlo, exquisitissime perspiceretur. Quod autem medium sit necessarium ad videndum, manifestum est secundum Arist. quoniam non fit vitio, nisi existente aliqua passione ab obiecto, sed a colorato non potest oculus pati, vt signo superius ostēdimus, ergo debet pati à medio: in vacuo igitur nihil videri posset. Igitur in lumine colorem necessarium est videri. Postquam probauimus, quod obiectum propriū necessario indiget medio, idem de communi, & innominato dicendum est, scilicet de visibili, ipsum etiam indiget medio. Nam ignis, & lucentia corpora in vtrisque videntur, in tenebris, & in lumine, idest die, ac noctu; noctu enim faciunt ipsa actu perspicuū illuminant enim, medium ergo necessarium est, quod ad visionem concurrat actu perspicuum, & medium illuminatum. Quod comprobarur per argumentum à communi, scilicet quod detur medium in visione. Nam, vt ait tex. 75. hoc est commune sensui, scilicet Auditui, odoratui, & alijs: quamuis in Gustu, & tactu id nō videatur, sed tamen habent reuera medium, non quidem aerem, vel extremū quid, sed internum, vt in ipsorum disputatione dicetur. Vnde sumitur illa communis propositio, sensibile supra sensum, non facit sensationem. Quod medium iam declaratum, vt ait tex. 76. distinguitur ab alijs. Nam mediū Auditus est Aer, medium olfactus aer & aqua, vel aliquid cōmune eis, quod non habet nomen. In visu enim nomē habet, scilicet perspicuum, non tamen in olfactu. Signo autem id ostendimus. Nam pisces odorant sine respiratio-

Tex. 74. Reprehendit Democritus qui perspicuū non eē necessariū dicebat, sed impedimēto.

Tex. 75.

Tex. 76.

ne

ne in aqua: terrestria vero progressiua per aerē, non enim absq; respiratione odorat, cuius causam postea trademus. Et hæc de visu secūdum Arist. ex cuius doctrina habemus diffinitionem luminis, & diaphani, tanquam eorum, quæ requiruntur, vt media, similiter coloris tanquam obiecti, ex quibus eliciuntur definitiones, operationes, & Potentiæ. Nam visus est vis animæ sensitiuæ prǣstans facultatem percipiendi visibilia. Et visio est cognitio specierum visibilium per medium extrinsecum dilatarum ab eadem facultate visiua facta. Præterea, cū in ultimo habuimus quo modo distinguitur visus ab aliis, elici potest modus, secūdum quem fit visio. Nam subito facta medij aeris mutatione, quemadmodum, & hominis appulsu, rei species cernendi obtutum statim mouet, ex quo intelligi potest, visionem non fieri foras a conspectu erumpente lumine, quod cum alio externo iunctum coeat, nec spiritus radio ab oculo per medium in obiectam rem incidente, qui pari angulo resiliēs in obtutum referatur. Quomodo enim tantus prodire posset, qui repente ad astra vsque pertingat, omnemq́ue interiectum aerem, quantus est impleat. Et, quamuis videamus Basiliscum lumine ab eius oculis foras erumpente hominem interimere, mulierem menstruatam speculū polluere, hoc est non spiritu visiuo hoc fieri, sed tetro quodam & diro vapore, qui foras, vt ab ore & a reliquo corpore, sic etiam ab oculis erumpit, & emanat. Amplius sequitur falsam fuisse opinionem illorum quorundam credentium defluentibus quibusdam corpusculis ab obiecta re ad oculum demissis visionem fieri; quoniam, cum continuò, vt obiecta res est, videatur, amplius cū non prius in propinquo quàm in distanti se prodat, sequitur igitur visionem non fieri defluentibus quibusdam corpusculis a re visa, sed obiectarum rerum imagine, ac specie. Quomodo si defluentibus corpusculis a re conspecta visio fieret, tanta coloris, aut imaginis amplitudo exiguo oculo excipi posset? ergo tuta erit sententia Arist. quod obiectę res videantur per sui speciem, quæ obiecta

Quid uisus

Quid uisio

Quō fiat uisio.

opi. aliquorū de uisione falsa.

obiecta multiplicant species suas, & radios circulariter. cuius rei signum est, quod nisi multiplicaretur circulariter, sed recta, non videretur nisi ab ijs, qui recta manent. non autem ab alijs circa latera existentibus. Vnde dico, quod cum multiplicetur circulariter, non reperitur etiā aliqua pars aeris, in qua species non reperiatur. Vnde reperitur tota species indiuisibilis. & consequenter cum reperiatur tota species, non autem pars speciei, quæ tota indiuisibilis multiplicatur vsque ad sensorium, non autem per partem, post partem successiuè: hinc est, quod totum obiectum nobis apparet, sicuti reperitur. & quando dicunt, quod quodlibet obiectum semper nobis appareret, vt duo, non autem vt vnum, cum sint duo oculi, non autē vnus. Diccendum, quod & si duo oculi sint, cum tamen intra vniantur ad vnum punctum rem videri etiam vnam, non autem plures vna: naturam verò fecisse duos oculos propter beneficium animalium, vt altero deficiente, alterum superesset. Et hæc satis. veniamus ad auditum.

Obiectio

Respōsio.

Caput Octauum.

TRACTAT de auditu, incipiens ab obiecto, scilicet sono, qui cum possit actu, & potentia considerari, prius, vt dicet, ponit eius distinctionem, declarans quid sit sonus in potentia, & quid in actu, ostendens tria requiri ad sonum actu, percutiens tangens, percussum, & medium mediās inter percutiens, & percussum, quod est aer & aqua. Qui sonus cum rectus, & reflexus esse posit, vt perfectè obiectum auditus cognoscamus, primò de directo, & deinde de reflexo, scilicet Echo loquitur, decidens ex dictis an sonus procedat a corpore percutiente, an a percusso, an ab vtroque. eliciens postea ex declaratis differentiam soni a colore. Vbi resoluitur quæstio ex dictis, an sonus realiter in medio vsque ad auditum sit, & etiam an sonus sit qualitas recepta in aere, sicut forma in subiecto, & materia. completo sermone de sono, de differentijs ipsius deinde loquitur, & primo de ipsis in vniuersali, postea in particulari voce, scilicet ponens prius vocis distinctionem, cum de animatis, & inanimatis secundum similitudinem dici posit. demonstrans in fine in qua parte sit, & quæ, atque quales sint partes in animali, quæ vocem efficiunt, & denique quid sit vox concludit.

POSTQVAM tractauimus de visu tanquam de manifestiori sensu: nunc incipiemus tractare de auditu, non tāquam de nobiliori, vt volunt expositores, & præcipuè Toletus, sed tanquam manifestiori odoratu, sicut testatur Ari. in tex. 92. incipere à rebus nobilioribus non est via nobis notior, & manifestior. quoniam multa sunt nobi-

nobilissima, quæ nobis sunt incognita, incœpimus igitur à Visu, & deinde ab Auditu, cum Aristo. tanquàm a sensibus nobis manifestioribus. Sicut igitur à colore in capite de visu, sic à sono in præsenti ordiemur, iuxta propositum proœmij. & cum requirat distinctionem, prius diuidemus ipsum, ut facit Ar. tex. 77. in sonum actu, & sonum potentia. Sonus in potentia dicitur, quando est in corpore sonante, puta in campana, & sic est in eo solum in potentia, ut in causa quæ potest ipsum producere, sicut rosa est in radice. Sed ad differentiam eorum, quæ non sunt sonora, dicimus, ea sonora esse, quia sonum actu facere possunt, quędam enim non possunt facere sonum, ut spongia, & mollia: quædam possunt facere, ut leuia, & dura sicut æs, quoniam possunt sonare. Vnde non est aliud sonus in potentia, quàm posse facere sonum actu inter ipsum sonum, & auditum. Sonus autem actu, ut ait text. 78. semper ex percussione, quæ requirit aliquid. s. percutiens, & in aliquo fit. s. in re percussa. Et impossibile est, unum istorum fieri sonum actu; sed ad hoc quod generetur sonus necesse est, quod percutiens tangat percussum, & dum tangit percussum, facit ictum. Sed ictus non est sine motu locali: mouetur enim aer, uel aqua, aut aliud medium, quando mediat inter percutiens, & percussum. Motus verò localis semper fit in aliquo medio, & nunquàm in uacuo. Igitur ad generationem soni tria requiruntur, scilicet percutiens tangens, percussum, & medium medians inter percutiens, & percussum, quod ex percussione expellitur. Sed aduertendum, sicuti diximus, quod non quorumlibet ictus sonus est; quoniam lana, & spongia, & huiusmodi mollia non sonant nisi comprimantur. & tunc faciunt sonum obtusum. Ideò si debent generare sonum, debent habere has conditiones. Primò, quod sint corpora dura, ut ex mutua percussione, & resistentia excludatur aer medians inter ea. Secundò, quod sint leuia, & conuenienter lata in superficie. videmus enim, quod maiorem sonum faciunt manus adinuicem percussæ, quàm duo digiti adinuicem

Tex. 77.

Quæ sonora, & non sonora.

Te. lxxviii.

Tria equiruntur cū generationem soni.

Conditiones quæ requiruntur ad generationē soni

percussi. Tertiò, quod sint concaua, ut in aere expulso multiplicentur ictus in corpore concauo. Et propter hoc campanæ, & omnia instrumenta musicalia, vt in pluribus sunt concaua: nam ratione concauitatis aer interceptus, & percussus non potest egredi: & sic partes corporis multipliciter percutiet, fietque sonus longius, ut accidit in tinnitu, qui superest post sonum campanæ. Medium postea eius est, ut ait tex. 79. aer, & aqua. Sed in aqua minus auditur sonus, nec propter hoc aer, vel aqua dicuntur domini, idest causæ principales ipsius soni: quoniam corpora dura se mutuo percutientia ad aerem sunt primæ causæ ipsius soni. & talis percussio fit in corporibus duris, ita quod aer non egreditur antequàm percutiatur. quod si paulatim percutiatur, aer dilabitur, nullusque fit sonus. Vnde, si velociter, & fortiter percutiant, sonant, nec aer potest ita cito labi: ob id resistit, & propter resistentiam percutitur, quemadmodum qui virga velocissimè mota percutiant cumulum, aut aceruum, antequàm dissoluantur. Velocitas enim præuenit separationem lapidum; ita debet esse cita motio corporum effectiuorum soni. Postquàm de sono directo loquuti sumus: nunc de reflexo verba faciemus, scilicet de Echo, & videbimus quomodo fiat sonus reflexus, vt totaliter cognoscamus perfectè obiectum auditus. Quando igitur auditur sonus, quasi rediens illuc, vnde fuit emissus, & velut sonus soni vestigium subsequens dicitur, vt ait tex. 80. Echo. Quod fieri accipiendum est per reflexionem soni repercussi ab obiecto corpore, sicque reuertentis ad aurem; quia sonus cum longinquior adueniat ad aurem (ut potè reflexus, & repercussus ad modum pilæ resilientis a loco ad quem directè fuerat proiecta) meritò posterior tempore auditur. Echo igitur, quę dicitur resonantia, erit sonus ex reuerberatione aeris replicantis. Fit autem hæc reflexio, repercussio, & resonantia maximè circa montes, aut syluas, & aquas, aut in corporibus concauis, ut in templis habentibus reflectentes testudines. Et illic tardius subsequitur Echo primum

Tex. 79. Quid sit medium i sono.

Tex. 80. Quomodo fiat Echo.

Vbi fit Echo.

mum sonum, vbi latior est reuerberatio, distatque lõgius id, vnde fit repercussio. In templis uerò breui, & apta testitudine coaptatis, vix echo auditur subsequi, sed simul cum prima voce se adiungens, quasi sonum duplicat, & mirum cantantibus est subsidium si pauci sunt. Vbi notandum, quòd semper, vt ait Arist. fit soni repercussio, & reflexio, quamuis non semper percipiatur. interdum enim, ita debilis est reflexio, vt non valeat percipi, quemadmodum lumen quidem semper reflectitur, & reuerberatur; sed plerunque tam infirma est reuerberatio, ut lumen non iudicetur; quemadmodum in vmbra candelæ per noctem contingit, vbi in vmbra est quædam luminis reflexio, sed non iudicatur a sensu propter debilitatem. Nam si non esset reflexio luminis, sequeretur per diẽ loca omnia plena esse tenebris, ad quæ non pertingeret directus solis radius, atque ita loca plurima destituta essent lumine. Sed quia lumen solis admodum potens est, idcirco etiam reflexum ipsius luminis cernimus; ita ergo in omni sono fit reflexio, sed non semper auditu percipitur. Iterum tali exemplo declaretur, quomodo fiat Echo. Quando proiicitur lapillus in puteo, videmus circa locum, vbi decidit lapillus, fieri paruum circulum in aqua, & post illum fieri maiorem, & iterum maiorem donec deueniatur ad circumferentiam putei, & statim reflectitur, & quasi retrocedens tendit ad medium putei, vbi incœperant fieri prædicti circuli. similiter accidit in aere, licèt non ita videamus propter suam raritatem. Nam quando duo corpora dura se mutuo percutiunt, recipitur sonus in aere propinquo ipsi corpori percusso; deinde paulatim per gyrum diffunditur in aere, & defertur ad remota per circulationes factas in aere, licet non videamus eas. Si igitur antequàm deficiant prædictæ circulationes deferentes sonum, inueniant aliquod corpus concauum, vt sunt speluncħæ, & putei, & valles montibus inclusæ, ædificiaque concaua, tunc reflectuntur, & quasi retrocedentes secum deferunt sonum iterum ad locum, vbi prius causatus erat, & tunc ap-

Quomodo Echo in tẽplis fit.

Exẽplo declaratũ quõ fiat Echo.

In Echo idem percipitur per species reflexas. paret nobis, quod ille sonus replicetur. Echo igitur conuenienter dicitur sonus reiterationis ex reflexione aeris. ex qua descriptione solemus concludere, quod idem sonus percipitur per species reflexas. quod si diuersus, ergo a causis diuersis, & alio modo, quod est falsum, nec apparet, procedens ergo species reflectitur, ac ibi iterum sonum eundem audire facit, non autem simul sentitur propter moram temporis: succesiuè enim immutat sonus, dicant quicquid uelint Auicenna, & alii. & quoniam diximus, quod succesiuè immutat sonus, dubium est. Cum enim ea quæ succesiua sunt permanentiam suam habeant in fieri, nõ autem in facto esse; sequitur, quod cum nihil permanentis sit ipsius soni, quod sonus non poterit esse sensibile. Respondendum sicut ferri, & motum sentimus per id, quod fertur, quod ita quoque sonum per aerem motum audire possumus. Vnde vacuum rectè dicitur, vt ait tex. 81. princeps, ac dominus soni. Vacuum autem dicimus aerem, hic autẽ aer dicitur dominus, & princeps, non quia sit causa principalis, sed quia est medium quoddam, quod facit audire, qui aer si sonum facere debet, oportet, vt sit vnus, & continuus, quoniam si in multas particulas dissecatur, sic enim non facit sonum. Vnde cum corpora non sunt plana, non faciunt sonum percussa, quia diuidunt, & separant aerem in multas particulas; at cum leuia sunt, vnam habent superficiem: ratione cuius aer simul percutitur, & talis tota pars simul percussa mouetur, ac sonum facit, auditumque immutat. Cum ergo aer debeat esse continuus in auditione, & sonus incipiat a corpore sonoro, ergo sonatiuum, vt ait tex. 82. erit illud, quod potest mouere aerem continuum vsque ad auditum. Vnde in hoc textu non tractat de sonatiuo, nec primo explicat quid sit sonatiuum, vt ait Toletus: sed concludit, quod aer debet esse continuus in auditione, quoniam si superiori tex. dixit, quod aer debet esse cõtinuus, & vnus, ergo sonatiuum potest mouere continuum aerem vsque ad auditum, & sic in hoc textu cõcludit, quod

Margin notes: Obiectio — Responsio — tex. 81. — Tex. 82. — Reiicitur Toletus.

in præ-

in præcedenti prædixerat. Vnde sequens textum & probans conclusionem ostendit, quomodo aer hic exterior sit continuus dicens, quod auditus est connaturalis aeri, quoniam habet quendam aerem internum, & naturalem cum quo iste exterior continuus est. Vnde moto exteriore, mouetur interior, & hic potentiam mouet, & fit auditio. Ex quo fit, quod non quacunque parte animal audit, nec aer transit faciendo auditionem, sed solum illa parte, qua talis continetur aer, animatum audit: sicut etiam animal non videt parte quacunque, nec pupilla, id est oculus, sed qua parte habet, & continet humorem chrístallinum. Probata igitur est conclusio, sonatiuum esse, quod aerem vsque ad auditum continuum mouere potest. Quoniam diximus non posse fieri Auditionem, nisi continuetur aer exterior cum interiori connaturali, concludimus necessario, quod aer, vt ait text. 83. per se insonus est, & ratio est, quoniam facile est dissipabilis, & ob id non receptiuus soni. Sed quando prohibetur aer ne possit dissipari, tunc facit sonum, scilicet quando ex mutua, & forte percussione duorũ corporum, quæ sint aliquantulum dura, & sufficientis latitudinis, ex qua percussione violenter extruditur aer medians inter illa, sicque recipitur sonus in aere ipso medio, & defertur ad auditum. Aer verò, qui in auribus est inclusus, est immobilis, nec dissipabilis, expers omnis soni, vt omnes soni motus, & differentias seu species percipere queat, quæ sunt. & quod verum sit, quod connaturalis sit, & immobilis, nec dissipabilis, per experientiam videmus: quoniam in aqua audimus, quia aqua non potest intrare locum vbi aer est. immo nec ingreditur anfractus aurium. quod si intraret, vt aer ille expelleretur, vel membrana læderetur, non audiremus, sicut nec læsa pupilla videre contingit. Et quod sit nobis connaturalis aer, signo ostenditur. Nam sonat, vt ait Tex. 84. semper auris, sicut cornu, & aure obturata sentimus, vt inquit Grammaticus, tinnitum quendam. Vnde aer, qui in auribus connaturalis est, semper motu

Quomodo fiat auditio.

Tex. 83. Aer per se insonus é.

Aer in aurib. connaturalis.

Quare in aqua audimus.

Tex. 84. Quod aer sit connaturalis, signo ostẽditur.

proprio mouetur, sed sonus est extraneus non proprius, quoniam non fit mediante aere extraneo. & ideò aliqui dicũt in vacuo audire posse, & fieri sonum, quia audimus habentes determinatum aerem, scilicet connaturalem. Cum de percutiente, percusso, & aere sufficienter tractaui mus: & cum hæc tria in principio dixerimus requiri ad so num, nunc decidemus cum Aristo. Tex. 85. quod ex dictis scitur. An sonus procedit a corpore percutiente, an a percusso, an ab vtroque. & quoniam qui describet sonum, ha bebit hanc resolutionem: ideò describemus ipsum dicen tes, quod sonus est motus eius quod potest moueri, hoc modo, scilicet quando generatur ex mutua, & forti percussione duorum corporum, quæ sint dura, & sufficientis latitudinis. sic igitur, vt dictum est, non omne sonat, quod verberatur, & verberat. vt, si duæ acus adinuicem percutiã secundum acumen, non faciunt sonum, quia acumen nul lius est latitudinis; sed oportet quod percussio sit fortis & regularis, vt aer medians forti impetu cõcutiatur, & extrudatur. Ita quod a natura rei concludimus cum Aristot. quod in principio proposuimus, percutiens, percussum, & aerem concurrere ad sonum, & sic continuatur tex. Arist, & non ut alij, & ultimo Toletus, qui aliquando explicat literam benè; sed ad quid Arist. sermonem talem faciat, ignorat, oportet semper sequi intentionem authoris. Meritò post notificationem naturæ percutientis, percussi, & aeris extranei, & connaturalis auditui confirmat, & concludit per descriptionem soni, quod in principio proposuerat inquirere, & declarare. Ex quibus omnibus supradictis conspicitur differentia soni, a colore. Porrò sonus quod est obiectum auditus, duplicem habet potẽtiam, ac duplicem actum. primò enim est in potentia, ut generetur, ut in manibus. genito autem sono, adhuc est in alia potentia, nempè ut sentiatur ab astantibus. quod quidem nõ contingit a colore, quippe qui actu semper sit color, potẽtia solum uisibilis. Præterea in hoc differt sonus a colore, quòd color subiectiuè sit in corpore colorato; in diapha-

no

Marginal notes: Tex. 85. — Differẽtia soni a colore. — Obiectum auditus duplicẽ hẽt potentiam ac duplicẽ actum. — Alia differentiã soni a colore.

no uerò seu in medio sit solum species, ac imago coloris: sonus non sit subiectiuè in corporibus sonoris, sed subiectiuè est in medio in quo recipitur, seu medium illud aer sit, seu aqua, atque in eodemmet medio recipitur species intentionalis ipsius soni. neque enim causatur species atque imago soni, sicuti causatur species, atque imago coloris, quæ defertur ex colore existente realiter in corpore colorato, sed ex corporibus percutientibus, & percussis genitus sonus, ac productus realiter, & subiectiuè in tanta quantitate aeris recipitur. a quo reali sono in alia quantitate aeris resoluitur imago, ac species soni spiritualis, quæ defertur ad auditum, ut auditio fieri possit. Quod autem ab hoc reali sono existente in aere subiectiuè necessariũ sit resolui soni imaginem, ex hoc fundamentum sumi potest, quod, ut ait Arist. sensibili posito supra sensoriũ, non sequitur sensatio. Resoluta igitur sit quæstio illa, an sonus realiter in medio usque ad auditum sit, & taceant Simplicius, Alexander, & Albert. qui uoluerunt esse realem usq; ad auditum; quamuis diuersimodè. Melius Sanctus Thomas, Caietanus uterque & communis opinio, qui non usque ad auditum; sed usque ad certũ spacium, & ad summum usque ad interminatum aerem, postea multiplicatur intentionaliter, & per species sicuti color. Præterea ex supradictis potest sciri, an sonus sit qualitas recepta in aere, sicut forma in subiecto, & materia. hoc videtur habere aliquas difficultates. & primò, quia cũ potentia, & actus circa idem esse soleant, potentia autem reperiatur in corporibus sonatiuis, sequitur, quod in iisdem etiam actus habeat esse. Amplius, quia diuersitas sonorum est in diuersitate corporum, in illis quoque dignum videtur esse, vt sit subiectiuè. tertio, quia philosophus dixit, quod aer est medium ratione naturæ communis, non igitur poterit esse subiectum. Quarum difficultatum solutio ex hoc facilè manifesta fiet. Etenim qualitas hæc genita, cum necessario habeat esse, aut in percutiente, aut in percusso, aut in vtroque, aut in aere ipso. Cumque in percutiente esse non

Quomõ sonus realiter in medio usque ad auditũ sit.

Refutãtur Simp. Alex. & Alb. qui uoluerunt sonum esse realẽ usq; ad auditũ, quamuis diuersimode & acceptatẽ cõis opi.

scilicet coloris, redeamus ad obiectum: & quoniam principio proposuimus duo obiecta, proprium, scilicet color, & innominatū, quod est visibile: nunc incipiemus a proprio, & hæc est continuatio Tex. Arist. quam non animaduertit. Cum ergo dixerimus superius, quod color secundum se non ratione visibilis est: & demonstrauimus, cum Arist. visibilitatem esse passionem coloris, quia omnis color est motiuus diaphani actu, ideſt corporis illuminati, ideſt, quia omnis color tunc videtur, quando diaphanum illuminatum est. tunc enim mouetur color, quando actu est diaphanum, ideſt illuminatum, quoniam, quando non est illuminatum, est in potentia. nunc demonstrabimus quid sit susceptiuum talis coloris, dicimus igitur, quod

Tex.71. qd sit susceptiuum coloris. colore vacat, vt ait Tex.71. est aptum ad suscipiendum imutationem a colore, quia id est susceptiuū coloris, quod est sine colore; similiter soni, quod est sine sono. Perspicuum est tale, quia est inuisibile, & vix videtur, sicut tenebrosum. Nam perspicuum cum actu non est, sed cum potentia, videri potest; sed non videtur, nec ideo diuersum est, vel sit cum lumine, vel sine. nam idem subiectum, & eadem natura modo sub tenebris est, s. in potentia, modo sub lumine ideſt actu, & hæc quoad obiectū propriū. transeamus ad obiectum commune, scilicet visibile, dicemus, vt ait tex.72. quod non solus color est visibilis, vt

Tex. 72 superius diximus, sed etiam alia visibilia videntur in tenebris, absque lumine. nam color est cum lumine solū. Sunt enim aliqua, quæ in tenebris videntur, vt aliqua ignea, & lucem participantia, quæ vno communi nomine carent, vt cornu, fungus, putrefacta ligna, capita piscium, & squāme, & oculi. Hæc enim non habent proprium colorem, sed dicuntur visibilia. Causam verò posterius tradermus, sufficit, vt ait tex.73. hæc intantum dixisse, vt manife

Tex.73. stetur natura ipsius coloris, quia sicut obiectū commune non indiget lumine, sic e contra color, videtur in perspicuo actu, & ideo benè dictum est, colorem esse motiuum secundum actum diaphani, actus autem diaphani est lumen

men. & quod color non videatur, nisi in perspicuo actu a signo, probamus. Si enim coloratũ supra uisum ponatur, non videtur, quod non aliunde prouenit, nisi quia deest perspicuum actu, scilicet aer illuminatus. hunc enim mouet color, & aer motus mouet oculum, cui ipse cõtiguus est. Vnde reprehendendus est Democritus, sicut facit tex. 74. qui non solum non esse necessarium putabat perspicuum ad videndum, sed dicebat potius esse impedimento. Vnde si esset vacuum a terra in cęlum, vtique formica existens in cœlo, exquisitissime perspiceretur. Quod autem medium sit necessarium ad videndum, manifestum est secundum Arist. quoniam non fit vitio, nisi existente aliqua passione ab obiecto, sed a colorato non potest oculus pati, vt signo superius ostẽdimus, ergo debet pati à medio; in vacuo igitur nihil videri posset. Igitur in lumine colorem necessarium est videri. Postquam probauimus, quod obiectum propriũ necessario indiget medio, idem de communi, & innominato dicendum est, scilicet de visibili, ipsum etiam indiget medio. Nam ignis, & lucentia corpora in vtrisque videntur, in tenebris, & in lumine, idest die, ac noctu; noctu enim faciunt ipsa actu perspicuũ illuminant enim, medium ergo necessarium est, quod ad visionem concurrat actu perspicuum, & medium illuminatum. Quod comprobatur per argumentum a communi, scilicet quod detur medium in visione. Nam, vt ait tex. 75. hoc est commune sensui, scilicet Auditui, odoratui, & alijs: quamuis in Gustu, & tactu id nõ videatur, sed tamen habent reuera medium, non quidem aerem, vel extremũ quid, sed internum, vt in ipsorum disputatione dicetur, Vnde sumitur illa communis propositio, sensibile supra sensum, non facit sensationem. Quod medium iam declaratum, vt ait tex. 76. distinguitur ab aliis. Nam mediũ Auditus est Aer, medium olfactus aer & aqua, vel aliquid cõmune eis, quod non habet nomen. In visu enim nomẽ habet, scilicet perspicuum, non tamen in olfactu. Signo autem id ostendimus. Nam pisces odorant sine respiratione

Tex. 74. Reprehendit Democritus qui perspicuũ non eẽ necessariũ dicebat, sed impedimẽto.

Tex. 75

Tex. 76.

ne in aqua: terrestria vero progressiua per aerē, non enim absq; respiratione odorat, cuius causam postea trademus. Et hæc de visu secūdum Arist. ex cuius doctrina habemus diffinitionem luminis, & diaphani, tanquam eorum, quæ requiruntur, vt media, similiter coloris tanquam obiecti, ex quibus eliciuntur definitiones, operationes, & Potentiæ. Nam visus est vis animæ sensitiuæ pręstans facultatem percipiendi visibilia. Et visio est cognitio specierum visibilium per medium extrinsecum dilatarum ab eadem facultate visiua facta. Præterea, cū in ultimo habuimus quomodo distinguitur visus ab aliis, elici potest modus, secūdum quem fit visio. Nam subito facta medij aeris mutatione, quemadmodum, & homines appulsu, rei species cernendi obtutum statim mouet, ex quo intelligi potest, visionem non fieri foras a conspectu erumpente lumine, quod cum alio externo iunctum coeat, nec spiritus radio ab oculo per medium in obiectam rem incidente, qui pari angulo resiliēs in obtutum referatur. Quomodo enim tantus prodire posset, qui repente ad astra vsque pertingat, omnemq; interiectum aerem, quantus est impleat. Et, quamuis videamus Basiliscum lumine ab eius oculis foras erumpente hominem intetimere, mulierem menstruatam speculū polluere, hoc est non spiritu visiuo hoc fieri, sed tetro quodam & diro vapore, qui foras, vt ab ore & a reliquo corpore, sic etiam ab oculis erumpit, & emanat. Amplius sequitur falsam fuisse opinionem illorum quorundam credentium defluentibus quibusdam corpusculis ab obiecta re ad oculum demissis visionem fieri; quoniam, cum continuò, vt obiecta res est, videatur, amplius cū non prius in propinquo quàm in distanti se prodat, sequitur igitur visionem non fieri defluentibus quibusdam corpusculis a re visa, sed obiectarum rerum imagine, ac specie. Quomodo si defluentibus corpusculis a re conspecta visio fieret, tanta coloris, aut imaginis amplitudo exiguo oculo excipi posset? ergo tuta erit sententia Arist. quod obiectę res videantur per sui speciem, quæ

Quid uisus

Quid uisio

Quō fiat uisio.

opi. aliquorū de uisione falsa.

Tex. 7o.

obiecta

obiecta multiplicant ſpecies ſuas, & radios circulariter. cuius rei ſignum eſt, quod niſi multiplicaretur circulariter, ſed recta, non videretur niſi ab ijs, qui recta manent. non autem ab alijs circa latera exiſtentibus. Vnde dico, quod cum multiplicetur circulariter, non reperitur etiã aliqua pars aeris, in qua ſpecies non reperiatur. Vnde reperitur tota ſpecies indiuiſibilis. & conſequenter cum reperiatur tota ſpecies, non autem pars ſpeciei, quæ tota indiuiſibilis multiplicatur vſque ad ſenſorium, non autem per partem, poſt partem ſucceſsiuè: hinc eſt, quod totum obiectum nobis apparet, ſicuti reperitur. & quando dicunt, quod quodlibet obiectum ſemper nobis appareret, vt duo, non autem vt vnum, cum ſint duo oculi, non autẽ vnus. Dicendum, quod & ſi duo oculi ſint, cum tamen intra vniantur ad vnum punctum rem videri etiam vnam, non autem plures vna: naturam verò feciſſe duos oculos propter beneficium animalium, vt altero deficiente, alterum ſupereſſet. Et hæc ſatis. veniamus ad auditum.

Obiectio

Reſpõſio.

Caput Octauum.

TRACTAT de auditu, incipiens ab obiecto, scilicet sono, qui cum possit actu, & potentia considerari, prius, vt dicet, ponit eius distinctionem, declarans quid sit sonus in potentia, & quid in actu, ostendens tria requiri ad sonum actu, percutiens tangens, percussum, & medium mediãs inter percutiens, & percussum, quod est aer & aqua. Qui sonus cum rectus, & reflexus esse posit, vt perfectè obiectum auditus cognoscamus, primò de directo, & deinde de reflexo, scilicet Echo loquitur, decidens ex dictis an sonus procedat a corpore percutiente, an a percusso, an ab vtroque. eliciens postea ex declaratis differentiam soni a colore. Vbi resoluitur quæstio ex dictis, an sonus realiter in medio vsque ad auditum sit, & etiam an sonus sit qualitas recepta in aere, sicut forma in subiecto, & materia. completo sermone de sono, de differentijs ipsius deinde loquitur, & primo de ipsis in vniuersali, postea in particulari voce, scilicet ponens prius vocis distinctionem, cum de animatis, & inanimatis secundum similitudinem dici posit. demonstrans in fine in qua parte sit, & quæ, atque quales sint partes in animali, quæ vocem efficiunt, & denique quid sit vox concludit.

POSTQVAM tractauimus de visu tanquam de manifestiori sensu: nunc incipiemus tractare de auditu, non tãquam de nobiliori, vt volunt expositores, & præcipuè Toletus, sed tanquam manifestiori odoratu, sicut testatur Ari. in tex. 92. incipere à rebus nobilioribus non est via nobis notior, & manifestior. quoniam multa sunt nobi-

nobilissima, quæ nobis sunt incognita, incœpimus igitur à Visu, & deinde ab Auditu, cum Aristo. tanquàm à sensibus nobis manifestioribus. Sicut igitur à colore in capitè de visu, sic à sono in præsenti ordiemur, iuxta propositum procemij. & cum requirat distinctionem, prius diuidemus ipsum, ut facit Ar. tex. 77. in sonum actu, & sonum potentia. Sonus in potentia dicitur, quando est in corpore sonante, puta in campana, & sic est in eo solum in potentia, ut in causa quæ potest ipsum producere, sicut rosa est in radice. Sed ad differentiam eorum, quæ non sunt sonora, dicimus, ea sonora esse, quia sonum actu facere possunt, quędam enim non possunt facere sonum, ut spongia, & mollia: quædam possunt facere, ut leuia, & dura sicut æs, quoniam possunt sonare. Vnde non est aliud sonus in potentia, quàm posse facere sonum actu inter ipsum sonum, & auditum. Sonus autem actu, ut ait text. 78. semper ex percussione, quæ requirit aliquid. s. percutiens, & in aliquo fit. s. in re percussa. Et impossibile est, unum istorum fieri sonum actu; sed ad hoc quod generetur sonus necesse est, quod percutiens tangat percussum, & dum tangit percussum, facit ictum. Sed ictus non est sine motu locali: mouetur enim aer, uel aqua, aut aliud medium, quando mediat inter percutiens, & percussum. Motus verò localis semper fit in aliquo medio, & nunquàm in uacuo. Igitur ad generationem soni tria requiruntur, scilicet percutiens tangens, percussum, & medium medians inter percutiens, & percussum, quod ex percussione expellitur. Sed aduertendum, sicuti diximus, quod non quorumlibet ictus sonus est; quoniam lana, & spongia, & huiusmodi mollia non sonant nisi comprimantur. & tunc faciunt sonum obtusum. Ideò si debent generare sonum, debent habere has conditiones. Primò, quod sint corpora dura, ut ex mutua percussione, & resistentia excludatur aer medians inter ea. Secundò, quod sint leuia, & conuenienter lata in superficie. videmus enim, quod maiorem sonum faciunt manus adinuicem percussæ, quàm duo digiti adinuicem percussi.

Tex. 77.

Quæ sono ra, & non sonora.

Te. lxxviii.

Tria equi runtur cū generatio nem soni.

Conditiones quæ requiruntur ad genera tionē soni

percussi. Tertiò, quod sint concaua, ut in aere expulso multiplicentur ictus in corpore concauo. Et propter hoc campanæ, & omnia instrumenta musicalia, vt in pluribus sunt concaua: nam ratione concauitatis aer interceptus, & percussus non potest egredi: & sic partes corporis multipliciter percutiet, fietque sonus longius, ut accidit in tinnitu, qui superest post sonum campanæ. Medium postea eius est, ut ait tex. 79. aer, & aqua. Sed in aqua minus auditur sonus, nec propter hoc aer, vel aqua dicuntur domini, idest causæ principales ipsius soni: quoniam corpora dura se mutuo percutientia ad aerem sunt primæ causæ ipsius soni. & talis percussio fit in corporibus duris, ita quod aer non egreditur antequàm percutiatur. quod si paulatim percutiatur, aer dilabitur, nullusque fit sonus. Vnde, si velociter, & fortiter percutiant, sonant, nec aer potest ita cito labi: ob id resistit, & propter resistentiam percutitur, quemadmodum qui virga velocissimè mota percutiant cumulum, aut aceruum, antequàm dissoluantur. Velocitas enim præuenit separationem lapidum; ita debet esse cita motio corporum effectiuorum soni. Postquàm de sono directo loquuti sumus: nunc de reflexo verba faciemus, scilicet de Echo, & videbimus quomodo fiat sonus reflexus, vt totaliter cognoscamus perfectè obiectum auditus. Quando igitur auditur sonus, quasi rediens illuc, vnde fuit emissus, & velut sonus soni vestigium subsequens dicitur, vt ait tex. 80. Echo. Quod fieri accipiendum est per reflexionem soni repercussi ab obiecto corpore, sicque reuertentis ad aurem; quia sonus cum longinquior adueniat ad aurem (ut potè reflexus, & repercussus ad modum pilæ resilientis a loco ad quem directè fuerat proiecta) meritò posterior tempore auditur. Echo igitur, quę dicitur resonantia, erit sonus ex reuerberatione aeris replicantis. Fit autem hæc reflexio, repercussio, & resonantia maximè circa montes, aut syluas, & aquas, aut in corporibus concauis, ut in templis habentibus reflectentes testudines. Et illic tardius subsequitur Echo primum

Quid sit medium in sono.

Tex. 80. Quomodo fiat Echo.

Vbi fit Echo.

mum sonum, vbi latior est reuerberatio, distatque lõgius id, vnde fit repercussio. In templis uerò breui, & apta testitudine coaptatis, vix echo auditur subsequi, sed simul cum prima voce se adiungens, quasi sonum duplicat, & minum cantantibus est subsidium si pauci sunt. Vbi notandum, quòd semper, vt ait Arist. fit soni repercussio, & reflexio, quamuis non semper percipiatur. interdum enim, ita debilis est reflexio, vt non valeat percipi, quemadmodum lumen quidem semper reflectitur, & reuerberatur; sed plerunque tam infirma est reuerberatio, ut lumen non iudicetur; quemadmodum in vmbra candelæ per noctem contingit, vbi in vmbra est quædam luminis reflexio, sed non iudicatur a sensu propter debilitatem. Nam si non esset reflexio luminis, sequeretur per diẽ loca omnia plena esse tenebris, ad quæ non pertingeret directus solis radius, atque ita loca plurima destituta essent lumine. Sed quia lumen solis admodum potens est, idcirco etiam reflexum ipsius luminis cernimus; ita ergo in omni sono fit reflexio, sed non semper auditu percipitur. Iterum tali exemplo declaretur, quomodo fiat Echo. Quando proiicitur lapillus in puteo, videmus circa locum, vbi decidit lapillus, fieri paruum circulum in aqua, & post illum fieri maiorem, & iterum maiorem donec deueniatur ad circumferentiam putei, & statim reflectitur, & quasi retrocedens tendit ad medium putei, vbi incœperant fieri prædicti circuli. similiter accidit in aere, licèt non ita videamus propter suam raritatem. Nam quando duo corpora dura se mutuo percutiunt, recipitur sonus in aere propinquo ipsi corpori percusso; deinde paulatim per gyrum diffunditur in aere, & defertur ad remota per circulationes factas in aere, licet non videamus eas. Si igitur antequàm deficiant prædictæ circulationes deferentes sonum, inueniant aliquod corpus concauum, vt sunt speluncha, & putei, & valles montibus inclusæ, ædificiaque concaua, tunc reflectuntur, & quasi retrocedentes secum deferunt sonum iterum ad locum, vbi prius causatus erat, & tunc apparet

Quomodo Echo in templis fit.

Exẽplo declarat q̃uo fiat Echo.

In Echo idem percipitur per species reflexas. paret nobis, quod ille sonus replicetur. Echo igitur conuenienter dicitur sonus reiterationis ex reflexione aeris. ex qua descriptione solemus concludere, quod idem sonus percipitur per species reflexas. quod si diuersus, ergo a causis diuersis, & alio modo, quod est falsum, nec apparet, procedens ergo species reflectitur, ac ibi iterum sonum eundem audire facit, non autem simul sentitur propter moram temporis: succesiuè enim immutat sonus, dicant quicquid uelint Auicenna, & alii. & quoniam diximus, quod succesiuè immutat sonus, dubium est. Cum enim ea quæ succesiua sunt permanentiam suam habeant in fieri, nō autem in facto esse, sequitur, quod cum nihil permanentis sit ipsius soni, quod sonus non poterit esse sensibile. Respondendum sicut ferri, & motum sentimus per id, quod fertur, quod ita quoque sonum per aerem motum audire possumus. Vnde vacuum rectè dicitur, vt ait tex. 81. princeps, ac dominus soni. Vacuum autem dicimus aerem, hic autē aer dicitur dominus, & princeps, non quia sit causa principalis, sed quia est medium quoddam, quod facit audire, qui aer si sonum facere debet, oportet, vt sit vnus, & continuus, quoniam si in multas particulas dissecatur, sic enim non facit sonum. Vnde cum corpora non sunt plana, non faciunt sonum percussa, quia diuidunt, & separant aerem in multas particulas; at cum leuia sunt, vnam habent superficiem: ratione cuius aer simul percutitur, & talis tota pars simul percussa mouetur, ac sonum facit, auditumque immutat. Cum ergo aer debeat esse continuus in auditione, & sonus incipiat a corpore sonoro, ergo sonatiuum, vt ait tex. 82. erit illud, quod potest mouere aerem continuum vsque ad auditum. Vnde in hoc textu non tractat de sonatiuo, nec primo explicat quid sit sonatiuum, vt ait Toletus: sed concludit, quod aer debet esse continuus in auditione, quoniam si superiori tex. dixit, quod aer debet esse cōtinuus, & vnus, ergo sonatiuum potest mouere continuum aerem vsque ad auditum, & sic in hoc textu cōcludit, quod

Obiectio

Responsio

tex. 81.

Tex. 82.

Reiicitur Toletus.

in præ-

in præcedenti prædixerat. Vnde sequens textum & probans conclusionem ostendit, quomodo aer hic exterior sit continuus dicens, quod auditus est connaturalis aeri, quoniam habet quendam aerem internum, & naturalem cum quo iste exterior continuus est. Vnde moto exteriore, mouetur interior, & hic potentiam mouet, & fit auditio. Ex quo fit, quod non quacunque parte animal audit, nec aer transit faciendo auditionem, sed solum illa parte, qua talis continetur aer, animatum audit: sicut etiam animal non videt parte quacunque, nec pupilla, id est oculus, sed qua parte habet, & continet humorem chrístallinum. Probata igitur est conclusio, sonatiuum esse, quod aerem vsque ad auditum continuum mouere potest. Quoniam diximus non posse fieri Auditionem, nisi continuetur aer exterior cum interiori connaturali, concludimus necessario, quod aer, vt ait text. 83. per se insonus est, & ratio est, quoniam facile est dissipabilis, & ob id non receptiuus soni. Sed quando prohibetur aer ne possit dissipari, tunc facit sonum, scilicet quando ex mutua, & forte percussione duorũ corporum, quæ sint aliquantulum dura, & sufficientis latitudinis, ex qua percussione violenter extruditur aer medians inter illa, sicque recipitur sonus in aere ipso medio, & defertur ad auditum. Aer verò, qui in auribus est inclusus, est immobilis, nec dissipabilis, expers omnis soni, vt omnes soni motus, & differentias seu species percipere queat, quæ sunt. & quod verum sit, quod connaturalis sit, & immobilis, nec dissipabilis, per experientiam videmus: quoniam in aqua audimus, quia aqua non potest intrare locum vbi aer est. immo nec ingreditur anfractus aurium. quod si intraret, vt aer ille expelleretur, vel membrana lęderetur, non audiremus, sicut nec læsa pupilla videre contingit. Et quod sit nobis connaturalis aer, signo ostenditur. Nam sonat, vt ait Tex. 84. semper auris, sicut cornu, & aure obturata sentimus, vt inquit Grammaticus, tinnitum quendam. Vnde aer, qui in auribus connaturalis est, semper motu

Quomodo fiat auditio.

Tex. 83. Aer per se insonus ė.

Aer in aurib. connaturalis.

Quare in aqua audimus.

Tex. 84. Quod aer sit connaturalis, signo ostēditur.

proprio mouetur. sed sonus est extraneus non proprius, quoniam non fit mediante aere extraneo. & ideò aliqui dicũt in vacuo audire posse, & fieri sonum, quia audimus habentes determinatum aerem, scilicet connaturalem. Cum de percutiente, percusso, & aere sufficienter tractaui mus: & cum hæc tria in principio dixerimus requiri ad sonum, nunc decidemus cum Aristo. Tex. 85. quod ex dictis

Tex. 85.

scitur. An sonus procedit a corpore percutiente, an a percusso, an ab vtroque. & quoniam qui describet sonum, habebit hanc resolutionem: ideò describemus ipsum dicentes, quod sonus est motus eius quod potest moueri, hoc modo, scilicet quando generatur ex mutua, & forti percusione duorum corporum, quæ sint dura, & sufficientis latitudinis. sic igitur, vt dictum est, non omne sonat, quod verberatur, & verberat. vt, si duæ acus adinuicem percutiã secundum acumen, non faciunt sonum, quia acumen nullius est latitudinis; sed oportet quod percusio sit fortis & regularis, vt aer medians forti impetu cõcutiatur, & extrudatur. Ita quod a natura rei concludimus cum Aristot. quod in principio proposuimus, percutiens, percussum, & aerem concurrere ad sonum, & sic continuatur tex. Arist. & non ut alij, & ultimo Toletus, qui aliquando explicat literam benè; sed ad quid Arist. sermonem talem faciat, ignorat, oportet semper sequi intentionem authoris. Meritò post notificationem naturæ percutientis, percussi, & aeris extranei, & connaturalis auditui confirmat, & concludit per descriptionem soni, quod in principio proposuerat inquirere, & declarare. Ex quibus omnibus supradictis conspicitur differentia soni, a colore. Porrò sonus quod est obiectum auditus, duplicem habet potẽtiam, ac duplicem actum. primò enim est in potentia, ut generetur, ut in manibus. genito autem sono, adhuc est in alia potentia, nempè ut sentiatur ab astantibus. quod quidem nõ contingit a colore, quippe qui actu semper sit color, potẽtia solum uisibilis. Præterea in hoc differt sonus a colore, quòd color subiectiuè sit in corpore colorato; in diapha-

Differẽtia soni a colore.

Obiectum auditus duplicẽ hẽt potentiam, ac duplicẽ actum.

Alia differentia soni a colore.

no

no uerò seu in medio sit solum species, ac imago coloris; sonus non sit subiectiuè in corporibus sonoris, sed subiectiuè est in medio in quo recipitur, seu medium illud aer sit, seu aqua, atque in eodemmet medio recipitur species intentionalis ipsius soni. neque enim causatur species atque imago soni, sicuti causatur species, atque imago coloris, quæ defertur ex colore existente realiter in corpore colorato, sed ex corporibus percutientibus, & percussis genitus sonus, ac productus realiter, & subiectiuè in tanta quantitate aeris recipitur. a quo reali sono in alia quantitate aeris resoluitur imago, ac species soni spiritualis, quæ defertur ad auditum, ut auditio fieri possit. Quod autem ab hoc reali sono existente in aere subiectiuè necessariũ sit resolui soni imaginem, ex hoc fundamentum sumi potest, quod, ut ait Arist. sensibili posito supra sensoriũ, non sequitur sensatio. Resoluta igitur sit quæstio illa, an sonus realiter in medio usque ad auditum sit, & taceant Simplicius, Alexander, & Albert. qui uoluerunt esse realem usq; ad auditum; quamuis diuersimodè. Melius Sanctus Thomas, Caietanus uterque & communis opinio, qui non usque ad auditum; sed usque ad certũ spacium, & ad summum usque ad interminatum aerem, postea multiplicatur intentionaliter, & per species sicuti color. Præterea ex supradictis potest sciri, an sonus sit qualitas recepta in aere, sicut forma in subiecto, & materia. hoc videtur habere aliquas difficultates. & primò, quia cũ potentia, & actus circa idem esse soleant, potentia autem reperiatur in corporibus sonatiuis, sequitur, quod in ijsdem etiam actus habeat esse. Amplius, quia diuersitas sonorum est in diuersitate corporum, in illis quoque dignum videtur esse, vt sit subiectiuè. tertio, quia philosophus dixit, quod aer est medium ratione naturæ communis, non igitur poterit esse subiectum. Quarum difficultatum solutio ex hoc facilè manifesta fiet. Etenim qualitas hæc genita, cum necessario habeat esse, aut in percutiente, aut in percusso, aut in vtroque, aut in aere ipso. Cumque in percutiente esse non

Quomõ sonus realiter in medio usque ad auditũ sit.

Refutãtur Simp. Alex. & Alb. qui uoluerunt sonum esse realẽ usq; ad auditũ, quamuis diuersimode & acceptatũ cõis opi.

Poſſit,& hoc,quod non eſt maior ratio, quod ſit in percu-tiente,quàm in percuſſo. Nam etſi Auer.dixerit ſonum eſſe in percuſſo, illud intelligendum eſt percuſſum eſſe ſubiectum,non quidem ſoni, ſed percusſionis. Nec in vtroque, quia idem accidens eſſet in duobus ſubiectis, ſequitur igitur neceſſario, quod ſonus,qui eſt qualitas realis primo recipiatur in aere,tanquam in ſubiecto. Quo ſtāte,dicendum ad propoſitas difficultates, primum argumētum concludere de potentia ſubiectiua, quia idem ſubiectum recipit actum,quod habet potentiam,modo in percutiente, & percuſſo dicuntur eſſe in potentia actiua productiua. Ad ſecundum dicendum, quod licet diuerſa producantur:tamen in agente reperiri virtute, in materia verò vt in patiente. Ad tertium,dicendum,quod argumentū procederet, ſi aeris particula eodem modo eſſet ſubiectū, & medium.at ſi prius ſit ſubiectum,quod faciens intentionem multiplicetur ad auditum nullo modo inconuenit.

Error Themi. Simpl. Auic.& Toleti cū opi. uera Alb. S. Tho. & Aue. ſecūdum Ari.

Et ſi quis diceret quòd Themiſtius, Simpl. & Auicen. putant non ſolum aerem, ſed etiam aquam receptiuam ſoni, dico, quod ſunt in errore ſimul cum Toleto. & quod non eſt aqua receptiua ſoni, niſi mediante aere, ideò melius Albert. Sanct. Thomas, Auerro. ſimul cum Ariſto. dixerunt aerem eſſe tanquam immediatè receptiuum ſoni,& quando Ariſto.dicit, quod audimus in aqua, tunc loquitur volens probare aerem connaturalem auditui eſſe, & non quod immediate in aqua audimus. & ſic hac mea reſolutione reſoluuntur omnia in contrarium. Quærere deinde,an ſonus ſit qualitas præter motum,vt facit Toletus cum alijs, eſt extra rem, cū per deſcriptionem ſoni clarum ſit,quod ſit qualitas per motum eliſionis producta, nec eſt idem cum ipſo motu. Vnde quæ per definitionem reſoluuntur,non ſunt inquirenda,cum iam habeantur tanquam clara,manifeſta,& demonſtrata,cū definitio ſit principium demonſtrationis.

Completo ſermmone de ſono,tempus eſt,ut eius differentias,ac ſpecies perquiramus; & primò (vt ordo expoſtulat)

stulat) de differentiis ipsius soni in vniuersali tractabimus: & postea in particulari de voce. quoniam omnis vox est sonus acutus vel grauis, nō tñ omnis sonus acutus, vel grauis est vox. & Toletus cū alijs nō notauit hoc, quare prius de sono acuto, vel graui, quàm de voce tractauit; omnia cum artificio Arist. declarat atque docet. Dicit igitur tex. 86. quod differentiæ soni notificantur, dum fit sonus, secundum actum, nisi actu fit sonus, non possunt cognosci; sicut nec colores absque lumine non cognoscuntur. & istæ differentiæ per analogiam, & secundum metaphoram ad acutum, & obtusum in tactu sumuntur. Est ergo sonans acutum, quod in pauco tempore multum mouet auditum, vnde velox dicitur. Graue autem, quod multo tempore, paucum mouet, ob id tardum dicitur. non quod tardum, & uelox sint ipsum acutum, & graue: sed sunt causa, quod acutum, & graue sic moueant auditum. Diximus autem habere similitudinem ad acutum, & obtusum in tactu: quoniam acutum in tactu scilicet gladius acutus in pauco tempore multum scindit, quia velocius fertur, nec dat locum subterfugiendi, nec resistendi corpori scisso obtusus uerò paucum in multo tempore: ob tarditatem enim subterfugit corpus scissum, & multum corporis simul resistit, & hac de causa acutum velox, & obtusum tardum dicimus esse. De sono igitur sic in uniuersali sit determinatum. Veniamus ad uocem tanquàm ad particularem speciem ipsius soni; & cum sonus dicatur de animatis & inanimatis, iuxta ordinem doctrinæ, prius ponemus differentiam inter istos. Vox igitur est sonus, ut ait text. 87. quidam animati, quoniam inanimata nullam uocem habent, sed dicuntur habere secundum similitudinem uocem ut Tybia, Lyra, aliaque instrumenta, & non propriè. Similiter fit sonus ex collisione duorum corporum extremorum, ueluti fragor arborum, strepitus pedum, & id genus alia, quæ non sunt uoces, sed secundum similitudinem dicuntur

Defectus Toleti.

Tex. 86. Differētia soni.

Quid sonans acutū

Quid graue.

Tex. 87. De uoce.

cuntur

cuntur uoces. Vnde quæcunque inanimata habent extensionem, & dilationem, consonantiam, & harmoniam, & locutionem, non propriè habere dicuntur uocem, quoniam hæc nisi animalibus perfectè insunt. Vox igitur propriè erit solius animalis, & si nō omnium. Nam animalia sanguine carentia vocem non formant, vt cancri, ostreæ, Apes, formicæ, & id genus alia, nec omnia animalia sanguinem habentia formant vocem, vt pisces, quoniam non respirant. Cum ergo vox generetur per attractionem, & respirationem aeris, & pisces non trahant aerem per respirationem, ergo vocem edere nō possunt. Similiter & animalia alia non respirantia, & quæ calidum sanguinem non habent, non attrahunt, neque respirant aerem, & ideo non edunt vocem, sed ea tantum quæ habent calidum sanguinem. Et si quis dicat pisces Acheloi Fluuij vocem edere, ut dicitur. Respondemus non esse veras voces, sed sonos branchijs effectos, sicut etiam cicadæ, & grilli sonant, sed non ore. Cum ergo dixerimus vocem esse sonum animalis respirantis, cum animalia multas partes habeant, opus est determinare partem, in qua fit vox. Dicimus igitur, quod vox, quæ est, vt ait Text. 88. sonus animalis respirantis non fit in qualibet parte, quia non quilibet sonus ex partibus humani corporis factus vox dicitur: quemadmodum manuum compulsio, aut pedum concussio non dicitur vox, eo quod non fit ex collisione aeris respirati ad uocalem arteriam, quæ aeris respiratio data fuit homini propter duo, sicut lingua duos usus habet. Alter est gustare, & hic ad uitam necessarius est. Alter est locutio, & hæc est ad bene esse, sine illa enim non potest esse animal. Ita aer iste habet duos etiam usus, alter est refrigerare cor, quod calidissimum est: nisi enim calor cordis temperaretur per inspirationem, & respirationem, animal suffocaretur, ut patet in homine qui suspenditur, & hic necessarius est. alter est esse receptiuum, & causatiuum vocis: nam per attractionem aeris formatur vox, & hic est ad bene esse. quæ igitur, & quales sint

Animalia sanguine carentia uocem non formant.

Tex. 88. de parte animalis in qua fit uox

partes

partes in animali, quæ vocem efficiunt, nunc explicamus dicentes, quod instrumentum, & organum vocis, & respirationis est, vt ait text 89. Guttur, quod guttur est propter pulmonem, vt propter finem. Pulmo enim plus caloris habet in terrestribus, & progressiuis animalibus, quàm in aliis: ob id indiget refrigerio, habetque hanc viam, qua recipiat ipsum aerem, est enim iuxta cor, quod est valde calidum, ac vtrunque refrigeratur. Concludentes igitur quid sit vox, dicimus, quod est, vt ait tex. 90. percussio aeris respirati ab anima facta ad guttur .s. ad arteriam vocalem, nam per talem repercussionem aeris attracti a pulmone ad arteriam vocalem generatur vox. Nec omnis sonus etiam si fiat per guttur, est vox, vt tussis, & soni facti cum lingua non sunt voces, nisi aere emisso a pulmone, percutiatur aer detentus in arteriā, intra ipsam, & sit cum imaginatione, idest intentione aliquid significandi, nam hæc est natura vocis, & ad hoc vox ordinatur a natura tam in hominibus, quàm in brutis, vt per eam aliquid significetur. In hominibus quidem, vt inuicem sibi possent indicare mentis conceptum, & animi cogitatum, inuicemque sibi secreta animi patefacere, & communicare, non necessitatis solum, sed etiam amicitiæ gratia. In Brutis autem, vt affectus sensuales possent aperire. Verbigratia concupiscentiam cibi, aut potus, iram, metum, gaudium; quemadmodum cum canis latrat iram indicat aduersus incognitum, vel cibum exposcit a domestico, quasi patefaciens cibi defectum, & sui postulans fieri memoriam. Nonnunquàm verò ad gaudium ostentandum, & applausum exclamant, latrantque blandius. Vtunturq; bruta in singulis affectibus exprimendis accommodatis vocibus, iisque diuersis: iuxta quod prudens speciei vnicuique natura indidit. Vnde canes nunc latrantes, nunc gementes, nunc eiulantes, nunc velut secundùm multiplicatum sonantes ad diuersorum affectuum demonstrationem percipimus. Secundum igitur philosophum omnis vox significatiua suiipsius vel

Tex. 89. Quæ & quales sint partes in animali quæ uocem efficiunt.

Tex. 90. Quid sit uox.

alterius

alterius, siue ad placitum, siue naturaliter, & illæ quæ dicuntur voces non significatiuæ, non merentur dici voces, nisi impropriè, & diminutè. In gutture igitur fit vox, hoc pacto. Aer enim illic detinetur, ac ab aere a pulmone emisso percutitur, fitque vox, cuius signum est, quia non loquemur inspirantes, nec expirantes; sed aliquomodo aerem detinentes. Vox igitur est sonus animalis respirantis ab anima factus ad arteriam vocalem, cum imaginatione aliquid significandi. Ex quibus infertur, vt ait tex. 91. Pisces non habere voces, quia non habent arteriam illam, qua fit vox, nec respirant. vnde qui dicunt aliter, peccant. causa autem quare non respirant, alia ratio est. Et hæc de voce quantum ad intentum libri de Anima pertinet, satis dictum est. de vocis natura, causis, ac significatione disserere, non est præsentis speculationis hoc scire, ideò suis propriis sermonibus relinquuntur. Ex quibus Aristo. dictis elicitur definitio auditionis tanquàm operationis, & auditus tāquā potētiæ. Auditio enim per ea quæ diximus, nihil aliud erit quam perceptio soni delati per medium extrinsecum facta a facultate auditiua in aere quodam prætenue auribus genito. Auditus vero est potentia animę sensitiuę auribus potens percipere formam soni aduenientis, ex collisione corporis percutientis, & percussi medio aere vel aqua. Et hæc satis.

Quomodo fiat uox.

Tex. 91

Quid auditio.

Quid auditus.

C aput

Caput Nonum.

DEMONSTRATA prius difficultatē odoris respectu visus, & auditus, volens iuxta propositum ordinem incipere ab obiecto, scilicet odore, cum resultet sicut sapor ex permixtione elementorum per Analogiam ad ipsum, ac etiam per id, quod commune est omnibus sensibus, ducit nos in cognitionem facilem ipsius odoris. Deinde de medio, quod est aer, & aqua loquitur, resoluens dubium, si omnia odorant cum respiratione, nec ne, & si habeant diuersum sensum, & sic de sensorio; vbi defenditur a Galeno, qui ipsum in tribus carpit.

ARISTOTELES in Tex. 92. incipit tractare de odoratu, & primò difficultatem proponit dicens; quod difficilius est tractare de odoribus, quàm de colore, lumine, & sono: & ratio est, quia facilius ista cognoscuntur, quàm odores. In hoc textu corroboratur ratio nostra, quam dixi superius, quod a visu, & auditu prius incipit: quoniam nobis magis cognoscibilia sunt, & facilimæ cognitionis, & non quia sunt nobiliora. Vnde Toletus in hoc textu necessitate coactus ex verbis ipsius tex. format Syllogismum per quem probat visum, & auditum esse sensus nobis manifestiores. sed progressui Aristo. propter prima, & præterita inconuenientia nesciuit applicare. dicit enim, potest

Tex. 92. Proponit differētias odoris respectu auditus & uisus.

Expositio Toleti.

ergo ratio sic formari. Scientia sensibilium non fit, nisi ex præcedenti cognitione sensitiua ipsorum. sed odores difficilius sensu percipiuntur, ergo ipsorum scientia difficilior est. hæc est ratio Toleti. ergo o mi Tolete benefecit Aristo. incipere a visu, & auditu, non quia sunt nobiliora, vt dixisti cum alijs, cum nobilitas, & ignobilitas non sint viæ deducendi, homines in cognitionem rerũ: sed quia sunt nobis facilimæ cognitionis, respectu odoris. In quo peccat Toletus, quoniam dicit, quod scientia sensibilium fit ex præcedenti cognitione sensitiua, & quod odores difficilius sensu cognoscuntur, ideò post visum, & auditum de ipsis restat. Dico, quod non illa dicuntur notiora nobis in ordine doctrinæ, quæ magis sensata, & materialiora sunt, sed quæ facilimæ sunt cognitionis. Tactus enim & gustus certiores sunt, quoad sensũ, sed difficiliores quoad cognitionẽ odoratu, auditu, & visũ. Ari. nõ a notioribus. s. sensatis incipit, sed a notiorib. s. ab ijs, quæ facilè apprehẽdimus, & pcipimus. Difficilimę. n. apprehẽsiõis sũt tactus, & gustus propter sensorium, medium, & obiectum, quã sint visus, auditus, & olfactus. visus est in primo gradu facilis cognitionis auditus in secundo, odoratus in tertio, in quarto gustus, & in quinto tactus. Tactus enim sicut est omnibus animalibus communis, & notus, quoniam est sensatus, ita difficilimus propter obiectum, & organum. & sic de reliquis. Et cum tales sensus non possint percipi, nisi per obiecta, media, & sensoria. Nam ad cognitionem cuiuslibet potentiæ sensitiuæ exterioris, hæc tria requiruntur. ergo illi qui habebunt talia magis facilia erũt, & sunt prius in ordine doctrinæ tractanda. Reddit igitur rationem Arist. quare difficulter sensu odores percipiantur: quoniam homo habet malum odoratum, & peiorem, quàm multa animalia. cuius signum est, quia non sentit odores, nisi vehementes, quæ causare possunt nocumentum, uel delectationem sensui olfactus, quod si esset boni odoratus, etiam odores non vehementes, sed remissos sentire posset. & hæc ratio fundata est ratione sensorij.

Reiicit Toletus simul cum aliis.

Cũ quare tactus & gustus sunt difficilimæ apprehensiones respectu aliorum.

Rõ quare difficulter sensu odores percipiuntur.

sorij. Vnde ij sensus, qui habent sensoria, media, & obiecta facilioris cognitionis sicut visus, & auditus sunt prius in ordine doctrinæ tractanda, & non quia sunt nobiliora, vel materialiora, ut aliqui mordernuli, qui inceperunt a tactu cum multa materialiora ut diximus sint difficillimæ cognitionis, quod ordo doctrinæ non requirit apud scientes. Cum demonstrauerimus hominem esse peioris odoratus ratione receptionis, idem confirmamus cum exemplo quorundam animalium. Nam homines, ut ait text. 93. eandem difficultatem habent in odorando, quam habent animalia illa in videndo, quæ habent oculos detectos, propter sui duritiem, quæ quidem animalia adeo ęgrè cognoscunt colorum species, ut eas recipere non possint, nisi cum quadam vi, & terribili. Sic & homo, cum deteriora habeat instrumenta, peius etiam odorat. Vnde Toletus extorquet literam, quando exponit, *Rationabile*, per proportionale, cum rectè debeat legi. *Rationabile*, quia dat aliam rationem exemplificam. Declarata difficultate odoratus respectu visus, & auditus, incipiemus de obiecto tractare. & quoniam odor est accidens quoddam, quod consequitur permixtionem qualitatum elemētalium, & sapor etiam ipse ex tali permixtione resultet, ideò per analogiam ad ipsum incipiemus de ipso tractare. Nec hæc est methodus, qua facilius odores cognosci possunt. s. proportione ad saporis, vt ait Toletus. sed quoniam ambo sunt accidentia, quæ resultant ex permixtione qualitatum elementalium: ideo meritò vnum per alterum declarari debet. & talis declaratio non appellatur methodus sed mutua quædam inter se analogia, per quam vnum per alterum facilius cognoscitur. Nec valet dicere odorum cognitio indiget manifestari per cognitionem saporum, ergo prius de gustu tāquam de notiori, quàm de odoratu debet tractari. quoniam quamuis odor manifestatur per saporem, tamen gustus est difficilioris cognitionis, vt diximus, respectu medij, obiecti, & sensorij, quàm odoratus. & notiora illa sunt nobis, quæ non in aliqua parte du-

Error quorundā modernorum

Tex. 93.

Extorquetur litera a Toleto.

Reiicitur Toletus.

ducunt nos in cognitionem alicuius rei, sed quæ facilius comprehendi possunt, secundum omnem partem: ideo bene dicebat Themistius. Neque enim videtur sensum gustus in nobis ita certum esse, vt ex eo possit nobis manifesta fieri odorum cognitio. & ratio est, quia si per Aristotelem odoratus est nobis ignotus ; quia cognoscitur sub terenti, eadem profecto ratione etiam gustus, quia dulce cum lætitia, amarum verò cum tristitia percipimus. Ecce quomodo comprehendit Themist. certitudinem, quoad omnem partem rei ; & facilem cognitionem, quæ facilitas est respectu sensorij, medij. & obiecti, nec cōprehendit certitudinem quoad sensum, cum multa sensata sint difficilioris cognitionis in ordine doctrinæ, quàm minus sensata. Ex gustu igitur nos facilem fidem habere possumus de odorabilibus, cum eandem proportionem inter se teneant. Vnde explicat Aristo. naturam odoris quantum huic negocio competit, per analogiam saporis, comparando hæc duo simul, dicens quod certiorem habemus gustum, & quod melius cognoscimus sapores, quoniam gustus est quidam tactus, & homo tactu vincit omnia animalia. Vnde hic explicat naturam rei, & ideò loquitur de certitudine, quoad sensum, & non quoad ordinem doctrinæ: quoniam iam in principio hoc tetigit: intelligendus igitur est Aristot. quando dicit, quod gustus est certior, quod tunc loquitur de natura quoad sensum, & non quoad facilem cognitionem rei tractandæ. Homo igitur tactu vincit omnia animalia, quoniam habet ipsum exactissimum, quamuis in alijs sensibus ab animalibus multis superatur. & quod tactu vincamus omnium animalia, ex hoc probatur. quia homo est prudentissimus animalium aliorum, & per tactum prudentia consistit. nam qui sunt duri carne, ij sunt inepti mente, qui vero molles carne, ij sunt ingeniosi. Sed vt redeamus vnde digressi sumus, prosequendum est ad declarationem naturæ odoris per cognitionem saporum. Dicimus igitur, vt ait tex. 95. quod sicuti saporum quidam dulcis, quidam ama-

Per gustū facilem fidem de odoratu habemus.

Tex. 95.

amarus: ita odornm quidem dulcis, & quidam amarus esse appellatur.similiter acer,austerus, acutus, & pinguis est odor. & sicut diximus, propterea quod non multum manifesti sunt odores, quoad sensum, scilicet sicut sapores, & ab his saporibus sumpta sunt nomina secundum similitudinem,ut natura sua aliquo modo cognoscatur, ut mel, & crocus habent odorem, & saporem dulcem, & Thymus acrem odorem, & saporem, eodemmodo etiam in alijs vt in pluribus.Postquàm prosequuti fuimus declarationem naturæ odoris intantum quantum huic proposito conuenit per cognitionem saporum, adhuc eam prosequemur per id, quod commune est omnibus sensibus. Dicimus igitur, quod odoratus non solum sentit odores, ut ait tex.96.sed etiam odorum priuationes,ut cęteri quoque sensus priuationem suorum obiectorum. ut visu non solum coloratum, sed & non coloratum discernimus, & auditu sonos,& silentium, gustu gustabile, & ingustabile, olfactu odorabile, & inodorabile. Vnde est enim eadem potentia contrariorum, quæ potest triplex dici. vt, verbi gratia; indorabile, quod nullum habet odorem,vel quia debilem habet,& uix sensibilem, uel quia malum, & nociuum;similiter ingustabile,& de hoc satis. Veniamus ad medium ipsius odoratus. Dicimus, quod est aer,& aqua, & quod odoratio habeat fieri per medium, iam patet cũ ex supposito principio sensibili posito supra sensoriũ,non fiat sensatio. quod autem medium extrinsecum sit de aere,non est dubium,quia odorant,ut ait, Tex.97.per aerem respirantia,& non respirantia,quæ sanguine carent. At de aqua ex hoc signum desumi potest; quoniam pisces a longa distantia ad escas accurrunt. Videmus in Ripis cocodrillum ab odoribus allici, & ad capiendum alimentũ per multum spaciũ illuc moueri; neque enim possumus dicere,quod ad illud moueatur,quia illud videat, cum & si alimentum non videat,illuc tamen moueatur. ergo cũ odorent per aquam,& ipsa etiam medium est sicut,& aer. Similiter etiam odorare videntur quæ non respirant terrestria,

Tex.96 Prosequitur declarationẽ naturæ odoris per id ꝙ cõmune est oĩb. sensibus.

Tex.97. loquitur de medio odoratus.

testria, quod eodem modo, scilicet eodem probatur argumento de motu in escam. Quoniam diximus respirantia, quæ sanguinem habent, & non respirantia, quæ sanguine carent, odorare: resoluemus dubium, si omnia odorant cum respiratione, ut ait Tex. 98. Nam homo, equus, & canis odorant trahendo aerem super nates. cuius signũ est, quod dum homo emittit aerem attractum non odorat; nec dum retinet aerem, neque de longe, neque de propè, neque etiam in naso intus ponatur, quoniam commune est omnibus sensibus non sentire sensibilia superposita, dum verò trahit aerem per nares, odorat. animalia ergo respirantia per aerem, & per attractionem aeris odorant, & proprium est homini odorare cum inspiratione, quia omni inest, sed non soli, vt dicit Auer. Et quamuis animalium quædam odorent cum respiratione, quædam sine respiratione: non propter hoc habent diuersum sensum, ut ait Tex. 99. sed odorare est necessarium, sed nõ cum respiratione, quia si esset necessarium, esset per se, & consequẽter in omni animali reperiretur. & quod sit vnus, & idem olfactus, duplici ratione probamus. Prior est, quia est idẽ obiectum, & eædem differentiæ. vtrunque enim est circa malum, & bonum odorem. Posterior, quia ab ijsdem odoribus patitur vterque olfactus. vt enim homo, & animalia inspirantia refugiunt odorem sulfuris, & bituminis, & aliorum: ita non respirantia. est ergo idem genere olfactus in vtriusque. Quod exemplo quodam cõprobamus. Nam simile est de respiratione in sensorio odoratus, vt ait Tex. 100. sicuti est de visione in sensu visus; quod sicut in visu tam in animalia, quæ habent tectos oculos, quàm & quæ tectos non habent, vtraque tamen vident. atque ea animalia quæ habent tectos oculos, si volunt videre, oportet palpebras detegere, quod est in eorum arbitrio. sic animalia quæ respirant, reperiuntur habere tectum sensorium suum. Vnde homo odoratum habet cum operimento, quod non aperitur nisi cum inspiratione: cætera verò nõ. olfactus tamen est eiusdem generis. Vnde sequitur,

Marginal notes: Tex. 98. Si omnia odorant cũ respiratione. — Tex. 99. — Tex. 100. — Exemplo cõprobantur dicta superius.

tur, ut ait philosophus, quòd respirantia in aqua non odorant, quia non possunt in aqua inspirare. Quæ quidem dicta Aristote. inspiciens Galenus, in tribus carpit philosophum. Primò quidem, quia de sensorio odoratus nihil habemus per hæc sua dicta. Secundo, quia non est bona comparatio illa, quam philosophus facit in respirare; & nõ respirare, sicut palpebras aperire. & hoc quod alterum sit voluntarium: alterum verò necessarium. Tertio, quia videtur philosophus in ijs suis dictis velle naturã propter melius fabricasse palpebras. Vnde videtur tenere melius esse non operari, quàm operari sed hoc modo determinandũ erat, inquit Galenus, de sensorio odoratus, quod sensorium odoratus est in concauitatibus neruorum ad intra ossa cribrosa. Galenus tribus carpit phil.

Pro cuius defensione prænotandum est, quod pro actu huius operationis odorare inspiratio non est necessaria. Secundo, quod est necessaria non primò, sed ut tollantur impedimenta, ut animal odorare posit. Quibus stantibus dico modo, quod sensorium odoratus est in concauitatibus neruorum ad intra ossa cribrosa, in quibus spiritus olfactiuus reperitur; & hoc est, quod significare volebat Aristo. cum dixit, Adapertis poris, idest neruis. Vnde rectè sensorium Arist. tetigit. Ad secundum dico, quod similitudo in hoc versatur, quod sicuti in oculo est tectum sensoriũ, ita in odoratu. Ad tertium dico, quod non bene Gal. intelligit Arist. quia si philosophus dixisset palpebras à natura factas fuisse, ut visionem impediant, carpendus certè fuisset Arist. sed totum oppositum dicit, quòd cum habeamus oculos iniurijs expositos, vt conseruaremur in operatione naturæ, atque vt melius operaremur, texit oculos. Vnde hoc arguit naturam sollicitam fuisse de huiusmodi operatione. Ex quibus dictis Arist. elicitur definitio odorationis tanquam operationis, & odoratus tanquam potẽtiæ. Odoratio autem per ea quæ diximus, nihil aliud est, quàm cognitio odorum facta a facultate odoratiua intra nares medio aere, vel aqua. olfactus est potentia sensi-

Defensio pro Arist.

Ad primũ

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Quid odoratio.

tiua naribus potens percipere odorem, quem affert aer attractus, & hæc satis de odoratione. Quærere autē an odorum scientia bene per sapores tradatur, & de natura odorum, etiam disputare an odor sit realiter in medio, sicut facit Toletus, non est præsentis speculationis, nec hic debent tractari hæ quæstiones, ideo tanquam inutiles, & superfluæ ab Arist. hoc in loco relictæ, etiam nos illas relinquemus, & ad capitulum de gustu accedemus.

Relictitur Toletus tanquam superfluus.

Caput

Caput Decimum.

CVM ratione medij necessariò obiectum gustus cognoscatur, ideò tractans de gustu prius de obiecto, & medio simul loquitur. Vbi resoluuntur duæ quæstiones. Prima, vtrum gustatio fiat per medium extrinsecum, non autem intrinsecum. Secunda vtrum tactio, & gustatio sint vna sensatio, & consequenter tactus, & gustus vnus sensus, an potius diuersi. Prosequens deinde naturam gustus per id, quod commune est sensibus: Infineq; de sensorio, atque de speciebus saporis, quia deferuntur ad sensum, quantum huic negocio conuenit, sermonem concludit.

CVM tractatum fuerat de odoratu, nunc veniendum est ad capitulum de gustu, vbi cum Arist. Tex. 101. non de obiecto in communi tractabimus, vt ait Toletus, sed de obiecto, & medio simul, cum ratione medij necessario obiectum gustus cognoscatur. ideò dicimus, quòd cũ gustabile sit quoddam tãgibile, medium per quod gustamus non potest esse aliquod corpus extrinsecum, quoniã nisi super realiter vniatur, gustanti nunquam sequi poterit gustatio. qua ratione ductus Aristo. dicit gustabile esse quoddam tangibile ratione modi recipiendi, cũ eodem Tex. 101. Quo rõne medii obiectum gust' cognoscatur.

modo fiant vtræque sensationes per medium intrinsecũ: tametsi differant ratione obiecti, cum obiectum tactionis sint quatuor simplices qualitates, obiectum autem gustationis sapor ex quatuor qualitatibus mixtus. Sed oritur difficultas, quoniam videtur gustationem fieri per mediũ extrinsecum, non autem intrinsecum, quoniam si potetur mel in aqua, cum sapor deferatur per aquam, tanquam per mediũ, ergo non differet ab alijs sensationibus. quod si euitare voles dicens, quod sapor nõ deferatur per aquã tanquam per medium deferens saporem ad gustum, sequitur postea quod erit sensibile supra sensum, & faciet sensationem. Ideò respondemus cum Arist. quod non defertur sapor per aquam tanquam per medium, sed cum illa commixtum, & cum est apud sensorium non realis sapor est ille qui sentitur, sed resoluitur species, & imago quæ in sensu infertur, & illa est quæ sentitur, color autem non sic, quoniam non defluit, & miscet se cum aere, non ergo habet sapor medium externum, sed illud gustabile cum aqua coniunctum est obiectum sicut visibile, & coloratum. Et si quis quæsiuerit vtrum tactio, & gustatio sint vna sensatio, & consequenter tactus, & gustus vnus sensus an potius diuersi. Quamuis dicit Aristote. gustabile esse quoddam tangibile, & gustum quendam tactum, cum obiecta horum sensuum sint diuersa, sapidum quidem huius, & humidum illius. Vnde cum philosophus ex parte obiectorum iudicarit tactum non esse vnum, quantò igitur magis hi duo erunt diuersi, cum sapidum, & humidum sub aliquo communi non reperiãtur esse. Vnde qui vnum, & idem esse dixerunt non fuerunt Aristotelici, & male dixerunt, sicut illi qui gustum esse quendam tactũ dixerunt, sed non omnem ratione desumpta ab obiecto medio, & sensorio. Ab obiecto quidem, quoniam sicuti humidũ est obiectum tactus; ita quoque quoddam humidũ obiectum gustus. quæ ratio si vera esset, a pari dicerem odoratũ esse quendam tactũ, cũ odor sit in sicco, & siccũ recipiatur a tactu. A medio, quoniam

An tactio, & gustatio sint una sẽsatio, & cõsequenter tactus, & gustus unus sensus.

Responsio ab obiecto contra.

niam vtrique tam gustus q̃ tactus per medium intrinsecũ, quæ ratio si vera esset etiam ipsa, ergo eademmet rõne visus, auditus, olfactus idem essent, cũ omnes recipiant per mediũ extrinsecum. A sensorio, quoniam sicuti totũ corpus seu caro sit, seu nerui sunt sensorium tactus; ita quoq; pars corporis est sensoriũ gustus. quod si hoc verũ esset, eademmet ratione possemus dicere, visum esse tactum, cum omnis neruus tactui, neruus verò obticus visui. Quare respondendum ad suas rationes, quod licet sapor sit in humido extra animam realiter: non tamen immutare, vt humidum, sed vt sapidum quoddam: & ad secundam rationem non valere de medio, & hoc, quia licet sit idem medium, non tamen est eadem virtus in medio. Ad tertiam dicendum, quod non solum neruus qui tactui deseruit, deseruit etiam visui, sed etiam plurima alia. Vnde pro resolutione cum Aristo. concludendum est tactum, & gustum per ea quæ diximus, esse duos sensus inter se diuersos. Quoniam diximus, quod gustus non potest esse sine humiditate, distinguimus, vt facit Aristo. Tex. 102. de humiditate per potentiam, & actum. nam sal gustatur, tamen est siccum. Vnde talia quamuis non habeant actu humorem, cum tamen linguæ apponuntur, cum saliua miscentur, ac humiditatem acquirunt qua percipiuntur: alia autem, quæ non indigent saliua, dicuntur humida actu. Postquam declarauimus naturam medij ipsius gustus, ad præsens per id quod est comune alijs sensibus, prosequemur naturam ipsius gustus, quod nihil aliud est quàm per obiectum cognoscere potentiam; & deducere in cognitionẽ gustus, per proprium obiectum suum. Dicimus igitur, omnem potentiam percipere priuationem sui obiecti, vt visus visibile, & inuisibile: auditus sonum, & silentiũ: gustus gustabile, & ingustabile. & dicimus, vt ait Tex. 103. quod inuisibile dicitur, vel vt tenebrosum, uel vt valde lucidum vel ut diminutum, & etiam quod impossibile videri potest ut Angelus, sapor, & odor; similiter in audibile, & ingustabile. & loquentes de gustabili dicimus, quod ingu-

Responsio a medio sumpta.

Responsio a sensorio.

Responsio ad rõnes aduersariorum.

Tex. 102. Humiditas in potẽtia & actu.

Te. 103. p obiectum deducimur in cognitionem gustus.

stabile dicitur aliquando quod debilem saporem habet. aliquando quod vehementem, & nociuum saporem habet; & aliquando quod tristem saporem habet. & non solum gustus percipit gustabile, sed etiam potabile, & impotabile, scilicet quod malum, & nociuum potum facit. Quod potabile est commune gustui, & tactui. tactui verò vt humidum, gustui verò, vt humidum saporosum.

Completo sermone de obiecto, & medio, quantum sufficit, veniemus ad sensorium, & dicemus, quod sensorium gustus, vt ait Text. 104. tale debet esse, vt impossibile non sit, ipsum fieri humidum: quoniam, cum sapor humoris sit affectio quædam, si fortè in duro concretoque corpore sit, vt in sale sapor sit, id non arte poterit sensum mouere, quàm calore liquefactum, & dilapsum diffundatur. Vnde quicquid mollitia fluere, & effundi non potest, gustandi sensum prorsus non afficit. Cum igitur gustabile sit humidum saporosum, opus est, vt sensorium gustus sit potentia humidum, non ita in potentia, vt nequeat humectari, sed vt possit reduci ad actum absque sui corruptione: quoniam cum lingua est admodum sicca, nec humectatur, non gustamus: ergo oportet, vt sit potentia humectabilis: & si habet lingua in se aliquem saporem, omnia gustata videntur esse illius saporis: vt patet in febricitante, cuius lingua est aspersa humore cholerico, omnia quæ gustat, videntur sibi amara: cholera enim est amari saporis.

Tex. 104. de sensorio gustu.

Conditio sensorii gustus.

Et quoniam species saporis deferuntur ad sensorium, dicimus, quod sunt simplices, vt ait Text. 105. sicut colores. Nam sicut datur album, & nigrum, sic dulce, & amarum tanquam duo extrema, ex quibus generantur medij colores, & sapores, scilicet acerbus, vel ponticus, acidus, austerus, vel stipticus, acer vel acutus, & denique salsus, de quibus omnibus suo loco tractat Aristote. hæc tantum sufficiant pro præsenti speculatione. Vnde gustus per ea quæ diximus, erit potentia sensitiua

Tex. 105. de speciebus saporis.

Quid gust?

potens

potens apprehendere sapores per linguam, medio humido saliuoso & gustatio est cognitio saporum per medium connatum atque intrinsecum facta a facultate gustatiua ad linguam, vt eius medio possit animal cognoscere rerum sapores. Quid gustatio. Quærere, sicut facit Toletus in hoc capitu. an dulce, & amarum sint extremi sapores; & agere de natura saporis, ac de eius speciebus, non est præsentis speculationis: ideò cum Aristot. hæc omnia suo loco remittemus, transeuntes ad Cap. de tactu.

Caput Vndecimum.

VT perfectè tactus naturam nobis adaperiat, & ne in æquiuoco, vel in confuso laboremus, cum multæ dubitationes circa obiectum, medium, & sensorium tactus occurrant, prius ipsas remouet. Quærens primo. An tactus sit unus uel plures. Secundo an sensorium tactus sit caro exterior, uel aliquid intus, caro autem medium. Tertiò, an in tactu sit medium aliquod extrinsecum puta aqua, uel ter, uel aliud corpus dubium. Vltimo, an medium externum requiratur eodem modo in omnibus sensibus. Post hæc ueritatem de medio, obiecto, & sensorio explicat, & per id quod commune alijs sensibus est, eius naturam nobis manifestat: & in fine quid sit uerum sensorium tactus dilucidè manifestatur.

Te.106.de fectus Toleti & aliorum.

IN hoc text. 106. Toletus, & alij nihil de artificio Arist. loquuntur, & quare primo quæstiones aliquot aggreditur, ante quàm de tactu verba faciat. Ego autem dico, quod cum habeat tractare Aristot. sicut fecit in alijs sensibus de medio, obiecto, & sensorio tactus, ut perfectè eius naturam nobis demonstrare possit: cum circa omnia hæc multæ dubitationes versentur, prius vult, ut bonus scientificus ipsas remouere, ne in æquiuoco vel confuso loquatur: ideò, cum tactus uideatur esse plures, proponit quæstionem

stionem dicens, cum eadem sit ratio de tangibili, & tactu, si tactus vnus vel plures est, erit etiam tangibile, & e contra. ideo cum hoc habeat dubitationem, vidēdum est, dicit Arist. An tactus plures sint, vel vnus: Secundo propo nemus quæstionem circa tactus sensorium. An sit caro ista exterior, vt ait tex. 107. an aliquid intus, caro autem medium sit, & facto hoc incipiemus arguere, quod tactus non sit vna potentia. nam vnus sensus est vnius contrarietatis, vt visus albi, & nigri, auditus grauis, & acuti, gustus amari, & dulcis: sed tactus est plurium contrarietatū, nā est calidi, frigidi, sicci, humidi, duri, mollis, & aliorū. Vnde cum qualitates a sensu tactus perceptibiles non possent reduci sub vno genere a quo contineantur unitim: neque enim calidum, frigidum, humidum, & siccum possunt reduci ad vnā primam contrarietatem, sed sunt æquè primæ, cum caliditas, & frigiditas sit una prima contrarietas, humiditas, & siccitas alia prima contrarietas, sequitur, quod plures erūt sensus tactus. Quod si quis dicat, cum ex Aristo. primo phis. in vnoquoque genere detur vna prima contrarietas, sequitur, quod istæ quoque erunt reducibiles ad unam primam. Respondet Sanct. Thomas, quod Aristo. ibi intelligit contrarietatem contradictionem, quia hæc est contrarietas omnium contrarietatum; sed in sensu tactus sermo est de contrarietatibus positiuis, cum potentia passiua habeat immutari ab obiecto positiuo. Ex quo inquit San. Thomas, & Ioan. Grammaticus, necessario sequitur, quod cum virtus tactiua non habeat pro obiecto unum genus, quod non erit vnus sensus, sed plures. Sed omissis ipsis simul cum Themist. Auer. Alb. Alex. Auic. Iand. Apollin. & Caie. Thien respondendum sanè est cū Simplicio, quod datur quidem tale genus commune, sed nobis esse immanifestum, ac innominatum, ex parte rei tamen esse, & reperiri, & hæc est intentio Arist. in tex. 108. quando dicit in fine, sed quid sit vnum subiectum, sicut auditui sonus, sic tactui non est manifestum. Vnde cum litera sit clara, non est interpretandus in contrarium Arist. nec tot verba cum

Tex. 107.

Responsio secundum S. Tho.

Tex. 108

tot

Supfluitas Toleti. tot conclusionibus, & explicationibus conclusionum debent fieri circa hoc, quod manifestum est, sicut facit Toletus. Cum Arist. apertè dicat, non esse manifestum, idest non esse nominatum. Cum hoc igitur sit clarum, prosequemur secundum quæstionem de sensorio tactus, vtrum sit caro exterior, uel aliquid intus. & dicimus, quod caro Tex. 109. non potest esse sensorium, ut ait tex. 109. Nam si super digitum subtilem pellem extenderit, uel aliquod linteum; statim admoto digito cum illa pelle tangimus, & sentimus & tamen talis pellis non est sensorium, sed medium. ergò nec illa caro erit sensorium, quamuis statim illa admota sentiamus. & quamuis sentiamus citius per carnem, quàm per pellem illam uel linteum, id non prouenit, quia caro sit sensorium, sed quia caro est magis proxima sensorio, quàm linteum, vel illa pellicula. Quod exemplo declarare, & demonstrare possumus, quare caro uidetur esse sensorium, & causa est, quia est medium coniunctum, & adna-Tex. 110. tum nobis, ut ait text. 110. Nam si âer, qui circa nos est, esset nobis adnatus, tunc profectò quia per illum uidemus audimus, & olfacimus, uiderētur illi tres sensus esse vnus, & tamen sunt tres, quia diuersa sunt sensoria per iam determinata. Vnde in hoc text. non regreditur ad primam quæstionem, ut ostendat deceptionis causam; quare unus Reiicitur Toletus. tactus appareat, cum plures sint, vt ait Toletus, cum iam illa resoluta sit. sed vult cum exemplo declarare, & demonstrare, quare caro videtur sensorium, vt diximus. Quod Text. 111. etiam applicamus. Nam in tactu, ut ait tex. 111. hoc occurrit, quoniam in tactu sensorium intimum est. Vnde quia non est medium in ipso tactu aer vel aqua, vel mixtum aliquid. s. caro, quæ caro quia est adnata pars animalis, per quam fit tactio, videtur esse sensorium, cum tamen non sit. Et idem confirmatur per gustum. Nam cum gustamus, tangimus quattnor qualitates, vt ait tex. 112. & similiter perci-Tex. 112. pimus saporem, & apparet idem esse gustus, & tactus, cum reuera non sit. quoniam, quamuis in lingua semel es se percipimus, tamen in aliis partibus tactus sine gustu, ob

id

id distinctos cognoscemus, hoc euenit in tactu, quod quia carne tangimus, credimus ipsam esse sensorium, cum tamen sit medium, & distincta sit caro, tanquam mediũ ab ipso sensorio. Vnde in tribus præcedentibus textibus Toletus deuiauit omnino a mente Arist. Quomodo quæso Arist. determinauit esse vnum sensum Tactus, & suum cõmune genus esse innominatum atque immanifestum ad quid nunc contrarium proponere, & demõstrare causam deceptionis, quare vnus tactus appareat, cum plures sint, ut ait Toletus? Hæc sunt penitus per meam ueram expositionem intentioni literæ, atque veritati contraria, ideo reijciantur. Postquam proposuimus dubitationes de medio intrinseco, ad præsens dubitauimus de medio extrinseco. Vtrum in tactu sit medium aliquod extrinsecum, puta aqua uel aer, uel aliud corpus humidum. & videtur, quod sic. Nam quæcunque tangimus, ut ait Tex. 113. uel sunt in aqua, uel in aere, vel in alio corpore humido puta oleo, aut vino. ſi sunt in aqua uel in alio corpore humido, ergo saltẽ in superficie sunt humefacta. Si sunt humefacta, ergo aqua, vel aliud corpus humidũ eis adhæret in superficie. si eis adhæret in superficie, ergo manus nõ potest tangere tale corpus humefactũ quin inter corpus humefactũ & manũ tangentem mediet aqua, uel aliud corpus humidũ. idem sequitur in his quæ tanguntur in aere. aer. n. naturaliter est humidus, & ideò humectat saltem secundũ superficiem corpus in eo existens. Ex his igitur patet, quod medium extrinsecum ipsum quoque est necessarium necessitate accidentali, quia cum res maneant in his medijs necessario & ipsum cõcurrit, sed diuerso modo ab intrinseco, cum medium intrinsecum concurrat tanquàm medium cum quo. Ex quo patet tactionem indigere medio per quod, & cum quo, per quod intrinseco, per quod fit tactus; cum quo verò extrinseco, cum quo simul fit tactus. Sed oritur difficultas quædam a Græcis contra philosophum tacta. Etenim cum simus in aere, percipimus caliditatem aeris, & tamen non est facta per medium.

Reiicit. Toletus.

Vtrum in tactu sit mediũ aliquod extrinsecum. Tex. 113

Difficultas

Respondendum sanè est, vt inquit Auer. quod cum locus sit locati conseruatiuus, conseruatio autem non fiat nisi à simili; simile autem in simile non agat, cum passio, & alteratio a cõtrario fiat, sequitur igitur deceptos fuisse Grecos dicentes, quod sentiamus caliditatem aeris; quia cũ sit locus naturalis vniuersalis ex supposito iam præhabito sentiri non potest. quod si dicerent Græci, hoc esse contra sensum negare, quod non sentiamus aeris caliditatem. Respondendum sanè est, quod non est aer ille, qui sentitur, sed exhalationes, & vapores per medium aerem delati, cum aer si simplex sit non possit sentiri, quod fit vt malè contra philosophum senserint, cum aer si sentiatur, per accidens tantum sentiatur, & hæc satis. proponamus aliud dubium, scilicet an medium externum requiratur eodẽ modo in omnibus sensibus, & dicit Arist. Tex. 114. quod requiritur, sed non eodem modo. Nam visus, auditus, & olfactus eminus, & a longe percipiunt obiecta; at tactus, & gustus cominus, & propè, ac per medium breue, ob id decipimur in istis, nõ in illis. vt si pelliculam haberemus: tunc enim per illam tangeremus, ita enim tangimus per aquam, vel aerem medium.

Tex. 114.

Tex. 115. Alia differentia.

Præterea alia est differentia. Nam obiecta visus in nos deducta per medium operantur, vt ait Tex. 115. tangibilia autem non per mediũ, sed simul cum medio. dico simul, quia in auditu, ratione temporis, prius est sonus, antequã adueniat ad nos; & ratione situs prius occurrit parti medij, quàm sensorio. sed in tactu non reperitur prioritas vera, nisi ratione situs. & hoc est quod significat philosophus, per exemplum, quod in homine clipeato in percussione nõ reperitur prioritas, ratione temporis, quia simul percutiuntur, sed solum prioritas ratione situs, quia prius percutitur Clipeus, postea homo. Vnde non contingit, vt Clipeus primo percutiatur, sicut medium quod primò habet speciem, postea ad oculum defertur, sed feritur homo simul cum Clipeo. Propositis quæstionibus, & cribratis, tempus est, ut veritatem de gustu eliciamus, & quid tenẽ-

dum sit concludamus. Primò autem dicimus, quod ad producendum tactionem, ut ait Tex. 116. necessarium est medium intrinsecum, quod dicitur esse caro. Nam sicut aer, & aqua se habent in alijs tribus sensibus, quod sunt delatiua speci erum, ac medium per quod species deferantur, sic in gustu, & tactu caro, & lingua eandem proportionem tenent, vt sint medium per quod. Quinimmo rationem format philosophus, quod caro non possit esse sensorium: quia apposita sensibilia sensorijs nō sentiuntur. Tactilia autem obiecta carni apposita, cum sentiātur, sequitur carnem medium esse; non autem sensorium. Quia cum concurrat in sensatione, & ex præhabita ratione non possit esse sensorium, necessario sequitur, ipsam fore medium, sensorium autem fore aliud quid intus. Quod dictum alia ratione confirmatur, quoniā cum tres sensus sentiant per medium, & hoc non competat vni per alterum, sed ratione qua sunt sensus: sequitur igitur, quod cum omnib. insit, quatenus sunt sensus, quod cum gustus & tactus sint sensus, quod ijs quoq; duobus inerit sentire per medium verum, per quod fit transitus specierum. Declarato medio, transeundum est ad obiectum, & sensorium. dicimus igitur primò, quod obiectum tactus, vt ait tex. 117. sunt quattuor primæ qualitates, vt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, ac secundariæ quædā aliæ cuiusmodi sunt durities, mollities, asperitas, lenitas, & huiusmodi, circa quas solum negociatur tactiua facultas. de quibus omnibus satis in libris proprijs tractatū est. Explicato obiecto, declarabimus quid sit organum, uel sensorium tactus. dicimus, quod organum siue sensorium seu tactiuum, seu id in quo primo inest potentia ipsa, quæ dicitur tactus, est in potentia tali, à quo patitur, id est est pars illa corporis, quæ est in potentia huiusmodi qualitatum receptiua, & perceptiua. & causa cur organū debeat esse in potentia tale, est hæc, quod cum sentire sit quoddam pati, ut ait tex. 118. Vnde cum organum debeat sentire, oportet vt hoc faciat non vt actu, sed quia est

Tex. 116. De medio intrinseco tactionis.

Tex. 117. de obiecto & sensorio Tex. 118.

in

tefacta sit: vnde dicimus, quod sicut visibilis, & inuisibilis vt ait text. 120. est quodammodo visus, sic tangibilis, & intangibilis tactus, quod intangibile dicitur vel vehemens, & nociuum vel remissum. Hæc de tactu habemus ab Aristo. Vnde ex dictis suis possumus dicere, tactum esse potentiam sensitiuam potentem apprehendere qualitates primas per medium cōnatum, atque intrinsecum, & tactionem esse cognitionem omnium qualitatum tractabilium per medium intrinsecum dilatarum, factam à facultate tactiua, vt animal eius medio cognoscens rerum complexiones, ea quæ sibi similia sunt a dissimilibus discernere possit. Amplius, si volumus quærere, quid sit verum sensorium tactus, per ea quæ diximus, manifestum est non esse carnem, sed quid intimum; & quid sit hoc intimum, a fine ipsius tactus dignoscere poterimus. Datus est enim sensus tactus ad salutem, & conseruationem animalis, eoque dempto animal effugere non potest tractabilium qualitatum exuperantias: quarum occursu mors statim irruit reliqui verò sensus boni cuiusdam, & locupletioris notæ, non necessitatis gratia conditi sunt. qua ratione videmus reliquis sensibus non omnia instrui animalia, immo uero ab eisdem homo quandoque tum ortus, tum morbi vitio deseritur, cum ab idoneis instrumentis destituitur. Ex quo sequitur, quod cum tactus animali vt animal sit, sit maximè necessarius, quod in eo etiam membro primò, & principaliter tanquàm in sensorio reperiri debet, quod est omnis animæ, ac vitæ fons, quod quidem cor esse dicimus cum Themistio capitulo 40. & Simplicio supra tex. 116. isti voluerunt cor esse illud sensorium, quod Aristoteles dixit esse quid intimum; nam cum sēsatio habeat ibi fieri, vbi maximè viget virtus sensitiua, & in corde tanquā in fonte omnis animæ vis sedem teneat, ergo ibidem quoque sensationem fieri debere, & hanc sententiam fauet Aristoteles in libro de sensu capitulo secundo de senect. capitulo secundo, de Somno, & Vigilia capitulo secundo, & libro secundo de partibus capitulo decimo, in his

Text. 120.

Quid tact. quid tactio.

De vero sēsorio tact.

Authoritates Ari. p̄bātes actū eē ī corde.

his locis tactum in corde ponit. Vnde cum dicat esse cor,& quid intimũ, oportet vt intelligamus carnem cordis;non autem cor ipsum,ea enim est, quæ est verum sensorium,in quo fit iudicium qualitatum tractabilium.dixi primò,& principaliter, quoniam propter hoc vniuersum totius corporis carnem a ratione sensorii dimouere nolo,cum & experientia,& Aristotelis dicta hoc confirmēt, experientia quidem,quod caro si tangatur sentit,dummodo vniuersam corporis carnem,non quidem purum, ac verum sensorium faciamus, sed mixtum quoddam sensorii naturam,& medii in se continentem, quæ quidem est ita sensorium,quod etiam medium,& ita medium, quod etiam sensorii naturam obtineat. quod si quis dicat sensibile posito supra sensorium,non fieri sensationem. Respondendum sanè est,verum esse,quod appositis tractabilibus qualitatibus super ipsa carne,caro sentit. sed aduertendum est,propositionem illam Arist. intelligendam esse cum limitatione, scilicet de primo, ac puro sensorio; non autem de eo,quod non est primum; cum non solum in sensu tactus, sed & in odoratu, si aliquod odorabile in naribus ponatur odoratio sequatur; & hoc quod nares non sint primum sensorium,vt mirum etiam esse non debeat,si apposita sensibilia carni sentiantur tamen, & hoc quod caro non sit verum,ac primum sensorium vbi viget vis tactiua, sed ad natum medium per quod deferuntur species ad carnem cordis,quæ est verum,ac primum sensorium,vbi residet virtus tactina, ac tractabilium qualitatum indicatiua. & hoc est quod intelligere volebant etiã Græci expositores,qui quidem, & si dixerint, cor esse primum sensorium intimum: tamen voluerunt per cor partem cordis similarem,quæ quidem & si calidissima sit ratione spirituum;temperata tamen continuò redditur ratione attractionis,quæ continuò fit ipsius aeris, quæ quidem caro cordis,cum non in omnib. reperiatur, sed quoddam carni proportionale,ac cordi, ideò dixit optimè primo de historia animal. Sensorium tactus esse aliquid intimum,

Limitatio propositionis Ari.

mum,& nomine vacare,& similiter lib. 2. de partib. cap. 1.& cap. 5. Vnde non propter has tres authoritates debet moueri Toletus,& ponere primam suam cõclusionem. s. q caro non, sit medium sed sensorium; quoniam sicut exposuimus, sic intelligitur Arist.& quando dicit ipse, quod caro debet dici esse sensorium, quia est pars nostri corporis temperatissima, vt omnes Medici, & philosophi concedunt; dico, quod hoc est, vt diximus, quia mixta est cum sensorio. Vnde non vt caro, sed vt mixta organo, quod organum, quia est temperatum, ideò etiam medium dicitur temperatum; & sic nec authoritates, nec rationes Toleti probant intentum suum: qui etiam dixerunt, cutem esse medium,& carnem subtercutaneam esse sensorium, reiiciuntur: quoniam, si cutem demamus, adhuc fit sensatio, & melior, ergo non est medium.

Reiicitur Toletus.

Reiiciũtur qui cutim eẽ mediũ, & carnem subtercutaneam esse sensorium dicunt.

Præterea, vt diximus, secundum Arist. sensorium tactus est quid intus. Aberrarunt etiam, qui posuerunt neruos esse sensorium tactus: quoniam habemus per Aristo. Neruos non sentire, quia sunt frigidi, &, sicci; sensorium autem temperatum esse debet, quod quidem ratione comprobari potest. Etenim cum videamus animal sentire, vbi non reperitur neruus, cum inter riuulum,& riuulum si pũgatur, sentiat: sequitur igitur neruum sensorium esse non posse. Quod adhuc confirmari potest, cum videamus spongias sentire,& tamen neruos non habere. Neque valet cum dicunt, dentes dolere per neruum; quia dicit philosophus, dentes dolere per carnem distemperatam, ac neruos carni insertos fuisse propter eius temperamentum. Quibus rationibus ducti alii medicorum magis laudarunt carnem neruosam esse sensorium tactus. quod falsũ est, cum ab Arist. habeamus inter cæteras proprietates sensorio tactus attributas, similare esse debere, caro autem neruosa dissimilare quoddam est. Reiectis igitur aliorum opinionibus, remanet conclusio nostra superius probata, quod in corde. s. in carne cordis primo, & principaliter sit sensorium tactus; secundario in vniuersa corporis

Conclusio supradictorum.

ris carne,vt medium mixtum senso rium ; ita quod sit ita medium,quod etiam sensorium,& e contra; & hoc obtinuit tactus habere sensorium in corde, & non alii sensus, vt dixi, quia alii non ita sunt necessarii, sicut tactus, sine quo animal esse non potest. Vnde cum sit necessarius,illic sedem sensorium suum obtinuit, vbi residet anima. Et si

Obiectio quis diceret tactio reperitur in quocunque sensu; oculus enim sentit calorem,ergo non est in corde. Responden-

Responsio dum sane est,verum esse, quod vbique reperitur sensoriū tactus,quod non est verum,primum,ac purum sensorium, vt diximus,cum vbique reperiatur ipsa caro. & hæc de tactu dicta sufficiant.

Caput

Caput Duodecimum.

EXPLICATA, atque declarata quinque sensuum natura, secundum omnia sua principia, nunc iuxta regulam doctrinæ de communitate omnium tractat, demonstrans. Quomodo omnibus commune est formas, siue species rerum absque materia suscipere, & in qua fit talis susceptio. Soluens ex præmissis duo dubia. Primum, propter quid excellens sensibile corrumpit sensum. Secundum, propter quid Plantæ nõ sentiunt, cum sint animatæ, & recipiant qualitates sensibiles, & ab ipsis patiantur, sicut & animalia, dubitans propter hoc, an non sentiens patiatur ab alijs obiectis aliorum sensuum, resoluens in fine a quo inanimata patiantur, & alterantur, cum non sentiant.

IN omnibus rebus pertractandis, iuxta regulam doctrinæ vniuersalem, debemus, si methodice scribere volumus, quærere primo partes generis subiecti. deinde principia, & vltimo pasiones ipsarum rerum. Vnde, cum Arist. debebat tractare de sensitiua, ipsam in suas partes diuisit, scilicet visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum: deinde de vnaquaque istarum partium secundum sua principia tractauit, quoniam explicans naturam istarum partium per sua principia, idest per propriam causam materialem, & formalem, ipsas explicauit. cumque

Discursus cum redargutione aliorum.

hoc fecerit, reliquum erat de communi proprietate tradere, cum non solum natura rerum per proprias cognoscatur passiones, sed per communes, etiam si perfectè de ipsa cognitionem habere volumus, quæ proprietates communes, cum insequantur causas, & à natura rei nascantur: nā primo scimus caliditatem, deinde dilatare, vel rarefacere, ideò post declaratas sensuum naturas, de ipsis nunc tāquam in proprio loco proponit tractare, vt adinuicem methodus scribendi adimpleatur, & satisfaciat propositioni suprascriptæ, vti regulæ modi docendi. Sic Porphy.

Comprobatio supradictorū

postquàm tractauit de quinque prædicabilibus secūdum proprias suas causas definiendo, vel describendo ipsa; deinde in primo Cap. statim tractat de his, quæ omnibus ipsis prædicabilibus communia sunt. Vnde ex hoc meo perbreui discursu, docetur modus scribendi, & probatur necessitas sic tractandi, atque sic procedendi ab Arist. quā

defectus scriptorū.

nullus Antiquorum, nec Modernorū, ita clarè ac perfectè tetigit, & præcipuè Toletus noster alienus ab ordine, atq; methodo scientiarum. Incipientes igitur dicimus, quod omnibus hoc est commune, scilicet formas siue species rerum absque materia suscipere, vt ait Tex. 121. idest sen-

Tex. 121 de cōitate omniū sensuum q̄ ē recipere spēs sine materia.

sibilium species, & similitudines absque reali immutatione, aut vllius partis sensibilis reali intra sese receptione. Vnde nota, quod obiectū sensibile potest habere duplex esse. primò potest habere esse materiale, & naturale & sic recipitur in aliquo corpore, quod denominatur esse tale, vt albedo recipitur in lacte secundum suum esse materiale. quam denominat esse albam, hoc modo sensibile obiectum non habet esse in sensu. Secundo habet esse spirituale, & intentionale, & in quocunque recipitur secundum tale esse, non denominat ipsum tale esse, sic recipitur obiectum sensibile in sensu: quod tamen non denominat esse tale. puta recipitur species viriditatis in oculo, quando videt corpus viride, non tamen facit oculum viridem.

Cōparatio

Et sic comparatur sensus hac in parte ceræ, quæ cum a sigillo impressam sibi recipiat similitudinem: nullam ta-

men

men ferri vel auri, vel alterius vllius materiæ, vnde facta est partem in se recipit, sed absque materia tantum impressam formam, siue effigiem.

Patet autem hoc experientia in singulis sensibus. Cum enim per visum oculus videt parietem, neque ipse paries, neque parietis vlla pars in oculum recipitur, immò neque ipse color, neque coloris vlla pars, sed tantum species, vel similitudo ipsius, quæ per medium intra oculum diffunditur: quæ species eius similitudo, oculo ipsam illud repræsentans, a quo est impressa, nempe parietis colorem. sic & in aurem, cum campanam audit sonantem, neque campanæ sonantis, neque aeris sonum habentis, neque etiam ipsius soni pars aliqua ingreditur; sed tantum species soni, quæ sonum ipsum repræsentat auditui, & campanam facit audiri, à qua diffunditur sonus. It idem & in aliis sensibus dicendum, quod quilibet sensus est potentia, quæ recipit formam sui obiecti sine materia, idest non secundum esse materiale, sed secundum esse spirituale, & intentionale, ita quod non denominatur talis ex huius receptione. Experiẽtia cõprobant supradicta

Postquàm demonstrauimus, quod omnis sensus suscepit formas sine materia, nunc demonstrabimus in quo fit talis susceptio; & dicit, quod in instrumento, & in sensorio primum est talis potentia suscipiendi formas sine materia. nam dicit Aristote. Text. 122. instrumentum autem id sensus est primum, in quo est talis vis, atque potentia collata, idest instrumentum sensorium, vel organum est illud, quod primò habet potentiam suscipiendi, vt diximus, formas sine materia. & ne quis credat organum, & potentiam esse omnino eadem, distinguit statim vnum ab altero dicens, quod idem sunt subiecto, ratione diuersa, quia sensorium est magnitudo, & corpus: potentia verò non, sed forma in corpore, sed non omnis forma, sed certam harmoniam, & dispositionem requirens, ita quod ex organo, & potentia fit vnum compositum, sicut ex materia & forma, vel sicut ex su- demõstratur in quo fit sensus susceptio. Tex. 122.

& frigesiunt, quare non habent sensum tactus? Respondet philosophus, quod Plantæ non sentiunt, quia non habent sensum, & illam temperiem, & rationem sensorij; & ideò cum non habeant sensum, non recipiunt qualitates sensibiles, sine materia, idest secundum esse spirituale, & intentionale, vt recipit sensus: quamuis recipiant ipsas secundum esse materiale, & naturale. Cum diximus Plantas non sentire, quamuis recipiant qualitates tangibiles, dubitatur, an non sentiens patiatur ab aliis obiectis aliorum sensuum, vt ab odore, colore, & sono, scilicet patiatur, quod non potest audire, videre, & odorare: & dicimus, vt ait Text. 125. quod cum odor sit ratione olfactus, quod nihil pati potest ab odore, quod non olfaciat, & sic nihil potest pati a colore, & sono, quod non videat, & audiat.

Dubiũ an nõ sentiẽs patiatur ab aliis obiectis aliorũ sensuum. Tex. 125. Solutio.

Præterea neque potentium nisi inquantum vnumquodque sensuum, idest, quod potest sentire, non patitur ab illis, nisi, vt sensitiuum est: idest qua parte sentire potest; vt animal in visu a coloribus, in auditu a sonis, in olfactu ab odoribus, ergo quod non potest sentire, non patietur ab istis, recipiendo ipsorum formas. Quod adhuc confirmamus, quoniam, vt ait Text. 126. lumen, sonus, & odor nihil in corpore producunt, vt albedo non facit albedinem, nec sonus sonum, nec lumen lumen, sed subiecta in quibus sunt, ut aer est, qui suo motu findit lignum, & color non agit. sed nos applicando subiecta in quibus colores sunt pingimus. similiter lumen in aere existens cum ipso illuminat corpora, quæ in eo sunt. & si quis quærat a quo vtique inanimata patiantur, & alterantur, cum non sentiant?

Tex. 126 Cõfirmatio prædictorum.

Respondet philosophus Text. 127. dicens, quod obiecta sensibilia agunt in corpora inanimata sed non in omnia. non enim agunt nisi in corpora diaphana, vt aerẽ vel

Tex. 127 Responsio

aquam

aquam; nunc permanenter agunt, sed vt in viam, & medium, per quod in sensus agunt. Vnde aer recipit quidem, & a colore, vel odore, & sono patitur, sed non vt forma in ea permaneat, & propter ipsum sit, sed vt per ipsum in sensum fit actio. & sic aer recipiens, & patiens, quamuis non sentiat immutans potentiam, proximè sensationem facit. & hæc dicta sufficiant de quinque sensibus exterioribus. veniamus ad interiores.

Caput Tertiumdecimum.

NE quis dari sextum sensum credat methodo diuisiua ratione, scilicet obiectorum sensibilium propriorum, ratione organorum, ratione medij, & denique ratione obiectorum sensibilium communium, sufficientiam quinque sensuum demonstrat, finem postea in vltimo pluralitatis sensuum ostendens.

VIDENS Toletus in Tex. 128. Arabes varios esse a Græcis, circa principium huius libri, dicit, quod quamuis hoc parũ referat ad rei veritatem consequendam, sibi rationabilius esse videtur Græcos authores sequi, & propter linguæ peritiã, & propter antiquitatem, & etiam quoniam maiori digni sunt authoritate. quos dicit sequutos fuisse Boetium, Argiropolum, & S. Thomam. Ex suo sermone comprehenditur, istum virum non aliquam rationem, sed alios sequi, & more vulgarium, & pedagogorum rerum antiquitates, verborum elegantiam, & dignitatem personæ respicere. Quid enim conferunt ordini doctrinæ, & methodo docendi hominum authoritas, linguæ politia, temporum antiquitas, & philosophia Boetij, Argiropoli, & Sancti Thomæ?

Discursus Toleti in tex. 128.

Reiicitur

Doctrinæ enim, & scientiæ non habent talem respectũ,

rationem,

ſenſus, ſed eſt neceſsitas doctrinæ probare partium ſufficientiam. Non ſolum oportet ſcire in ſcientia partes, principia, & paſsiones. ſed etiam quando opus eſt, ſufficientiam ipſarum partium, ne diminutus ſcientificus videatur; & hæc eſt doctrinæ perfectio, oſtendere impoſsibile aliter ſe habere. quoniam ſcientia ex per ſe veris, neceſſarijs, & impoſsibilibus aliter ſe habentibus fit, ideò cum vellet Ariſto. tractare de ſenſibus interioribus, ne quis poſſet dicere dari ſextum ſenſum, vult probare ſufficientiam prædictorum, vt iſta demonſtrata, atque probata tutè poſſit de ſenſibus interioribus loqui, mentemque aliorum, vel contradicentium placare. Ideò a natura rei methodo diuiſiua hoc probat. Natura enim quinque ſenſuum cognita fuit a nobis ſuperius per media, obiecta & organa; ergo diſcurrens per iſta, probat ſufficientiam, ſic vtens methodo more ſuo implicitè, & in textibus propter inſipientes occultatum. Nam ſi ſenſus plures ſunt quàm quinque, ergo uel ratione obiectorum, vel ratione organorum, vel rõne medij. ſi rõne obiectorum, uel quia percipit ſenſibilia propria, vel cõia. vlterius diuidi non poteſt. Nam ſenſus natura in his membris concluditur. ſed nullo iſtorum modorum. qm̃ quinque ſunt obiecta, quæ ſentimus, & nõ alia. quinque organa, quæ recipiunt, & non alia. & quinq; media, per quæ recipimus, & non alia. ergo quinque tm̃ ſenſus neceſſario; ecce quõ tali methodo ſufficientiam quinque exteriorũ ſenſuum oſtendit. Non nè ſufficientiã ſyllogiſmorũ tali via in priorib. Ari. demonſtrauit? Nõ ne Ammonius ſufficientiã quinq; p̃dicabiliũ Porphyrij hoc mõ patefecit cũ dixit, vocũ quędã ſignificatiuæ, q̃dam non ſignatiuæ? ſignatiuæ vel de plurib. vel de vno dñr. ſi de pluribus. vel vt accidẽtalia, uel ut eſſentialia. ſi eſſentialia, vel ĩ qd, vel in quale qd. ſi in qd, vel de plurib. differẽtib. ſpecie, & eſt genus, vel numero, & eſt ſpecies. ſi in quale qd, dr̃ia. ſi accidẽtalia vel de vna ſpecie, vt propriũ, vel de plurib. ut accidẽs. Nõ ne idem p diuiſionẽ Entis ſufficientiã decẽ p̃dicamẽtorũ Ari. oñdit, & ſimiliter hoc methodo diuiſiua

methodus diuiſiua ab Ari. poſita ad oſtendẽdum ſufficientiã quinque ſenſuũ

Cõprobatio ſupradictorum p uſum methodi diuiſiuę ab Ar. & aliis ĩ demõſtrande neceſſitate rerũ poſitæ

oſtendit

ostendit sufficientiam partium, & specierum cuiuscunque prędicamenti? Quid plura? Nonne Arist. in primo phisico. vt alibi demōstrauimus, postquàm inuenit; nisi principia methodo diuisiua, sufficientiam demonstrat? & non esse plura, neque pauciora, quàm tria ostendit, sic discurrens? Vel est vnum subiectum, & vna contrarietas; aut vnum subiectum, & duæ contrarietates: aut vna contrarietas, & duo subiecta: aut duo subiecta, & duæ contrarietates. Vlterius diuidi non potest, destruit omnia membra; & concludit esse tantum vnum subiectum, & duæ contrarietates. Idem aliis in locis facit, quos breuitatis gratia omitto. Sic methodici philosophi procedunt, & non ex mente sua, sed ex necessitate rerum veritatem declarant: sic plenè Tolete mentem Aristo. assequimur, & dicta sua per propriam suam philosophiam, & logicam practicantur; sic tua pręambula intelliguntur, & veritati, atque intentioni eius applicantur. Veniamus ad ipsum. Incipiens

Probatur sufficiētia quinq; sensuū rōne obiectorum sensibiliū propriorū

igitur in textu supradicto, venit ad primum membrum, & primò probat sufficientiam, ratione obiectorum sensibilium propriorum, dicens, si est alius sensus, ergo non omnia percipimus sensibilia. sed hoc est falsum, quoniam sentimus omnia obiecta sensibilia scilicet colores, odores, sonos &c. & quisque sua omnia. Nam tactus percipit omnia tangibilia, visus visibilia &c. ergo nullus sensus nobis deesse potest, nec dari præter quinque prædictos, cum quinque sint obiecta, & alia obiecta non habeamus, quibus sentire possimus.

Idem probatur rōne organorū.

Præterea transiens ad secundum membrum, ratione organorum, eandem sufficientiam probat. Nam si alius est sensus, aliud est etiam sensorium, præter ista quæ habemus, sed nullum aliud est sensorium, quoniam nos habemus tantum organa sensuum exteriorum, scilicet visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum, & non alia, ergo nō datur alius sensus. In tex. 129. ponit tertiam sufficientiam ratione medii, dicens, hoc verum est, quod omnis sensus per medium sentit, si per medium, vel extrinsecum, vel intrinsecum,

Tex. 129

Idem rōne medii probatur. & primo rōne medii intrinseci.

trinsecum. si per extrinsecum, scilicet aerem, & aquam, sic sentit visus, auditus, & odoratus. Nam si ista media recipiunt ratione diaphaneitatis, visus hæc percipit, quæ sub ratione, diaphani sunt in ipsius mediis si ratione humiditatis olfactus, qui percipit odores, qui ratione humiditatis in medio recipiuntur, si ratione mobilitatis, & fluxibilitatis auditus, qui recipit sonos. Cum igitur nihil aliud sit in his mediis, ratione cuius recipiunt, nisi ista tria, & quæ horum ratione percipiunt tres illi sensus percipiant, sequitur, vt si alius sensus sit, debeat esse aliud medium habens aliam rationem recipiendi. Si per medium intrinsecum sic sentit gustus, & tactus, ergo quinque tantum ratione medii. vnde Toletus non aduertens artificium diuisionis Arist. confundit has tres rationes in vnum, ponens ex mente sua, modo in hoc textu minorem, in illo maiorem. Et quia de mediis loquuti fuimus, probabimus, quod non dantur alia media præter prædicta, & probabimus de extrinsecis. cum de intrinsecis certum sit. Dicimus igitur, quod illud elementum est medium, vt ait text. 130. quod in sensorio dominatur, sed solum aqua, & aer sunt huiusmodi, ergo solum hæc sunt media externa. quoniam si elementum aliquod non dominaretur in organo, non posset esse illius medium, sed dominatur vt aer, & aqua. Nam in pupilla aqua, in auditu aer ratione aeris innati, olfactu aer & aqua ratione humiditatis, ergo solum ista possunt esse media. Ignis autem nullius est instrumenti, quoniam nimis actiuus est, cum sit agens potentissimum, & destruens omnia. Vnde si in sensorio esset, destrueret ipsum. sufficit quod cum debilitate, & in mixtione cum aliis elemẽtis sit. Similiter terra etiam non dominatur in omnibus organis, ratione grossiciei, & siccitatis, cum per has qualitates non fieri posset receptio. Vnde si dominatur in aliquo organo, in tactu vel eius medio dominabitur, in non aliis, & sic non potest esse medium externum. Quocirca restat, nullum sensus instrumentum vel medium extrinsecum esse posse, præter prædicta. s. aerem, & aquam. Exemplo

Reiicitur Tolet.

Probatur sufficiẽtia rõne medii extrinseci.

Tex. 130.

plo etiam comprobabimus hanc sufficientiam. Nam omnia animalia, quæ sint perfecta, ut ait Tex. 131. & non orbata; habent hos quinque sensus, & non plures: quoniam perfectis animalibus nullus deest in natura sensus exterior. Vt Talpa habet omnes sensus, & quamuis nō videat, non caret visu, quia organum habet visus, & sub cute oculos habet. Concludentes igitur prædicta dicimus, quod si non dantur alia corpora, quam quatuor elementa, vt ait Tex. 132. nec aliæ qualitates tangibiles, quàm prædictæ, ergo nullus deficit sensus, ergo rectè conclusimus sufficientiam quinque sensuum, ratione medij, organi, & obiecti sensibilis proprii. Cum ratione sensuum exteriorum probauimus non dari alium sensum quàm quinque prædicti redeūdum est ad aliud membrum subdiuisionis ipsorum obiectorum sensibilium communium, & probabimus, quod nec ratione istorum potest dari alius sensus. Nam si est alius sensus, ergo percipit, vt ait Tex. 133. sensibilia communia, ut motum istarum, figuram, magnitudinem, numerum & vnum, ut declarauimus. sed ista non possunt vllo proprio sensu sentiri, quoniam omne sensibile commune per se sentitur ab alijs sensibus, ergo non potest esse proprium alicuius. agunt enim communia sensibilia in alios sensus quinque, & per se ab eis sentiuntur, ut magnitudo in visum. & figura, quæ est illi cognata. est enim figura terminus magnitudinis. Quiescens percipitur negatione motus, idest per consistentiam in situ. Numerus negatione continui percipitur, vel cum proprijs sensibilibus. Vnum percipitur a singulis sensibus, & sic cum habeant sensibilia communia pontetiam immutandi per se sentiuntur ab alijs sensibus, ergo non possunt esse alicuius propria sensibilia. Quod confirmatur. Nam si ab aliquo vno alio per se sentitur, ut ait Tex. 134. ergo ab alijs per accidens. sed hoc est falsum, quoniam omnes sentiunt per se, ergo non habet sensum proprium alium. Semper enim sensibile vnius sensus proprium sentitur per accidens ab alio, ut dulce a visu, non quod dulcę mutet vllo modo visum,

Tex. 131 Cōprobat sufficientia exemplo.

Tex. 132 cōclusio su prædictorū

Cōprobatur sufficientia quinq. sensuū rōe obiectorū sensibiliū cōium.

Tex. 133

Tex. 134

um, sed quia coniungitur cum albo, uel alio colore, qui per se mutat visum. quod si non sentitur hoc modo per accidens sensibile commune, sentietur alio modo, scilicet Cleonis filius. hic enim pure per accidens sentitur, quia nō sentitur ab alio sensu per se, sed per accidens, ut albus, & non ut filius Cleonis. Vnde sensibilium communium habemus sensum communem, & non secundum accidēs, nec vnus proprius est. quoniam si esset proprius, non sentiremus per se, nisi per accidens, ut dictum est Cleonis filium nos videre, non ut filium Cleonis, sed ut album. Sensus enim propria sensibilia secundum accidens sentiunt, ut visus in lacte dulce, sed non ut visus. sed quia in lacte est album & sic per accidens hoc sentit, & ut sub uno alio communi substat, quoniam quod non cognoscit non iudicat, non cognoscit dulce, ergo non potest ipsum diiudicare, nec videre. similiter uidet bilem flauā, & tamen non iudicat, ut visus, esse amaram. Vnde alius hoc debet iudicare, quoniam aliquando simul iuncta decipitur sensus, nisi per utrunque sensum iudicetur. Vnde Toletus in tex. 133. dicit, quod est secunda ratio Aristote. ad ostendendum quinque tantum esse sensus, si sciuisset methodum diuisinam, dixisset, quod est quarta ratio per destructionē quarti membri, & non secunda: credit iste vir cum syllogismis, & probationibus maioris, minoris, antecedentiū, & consequentium declarare intentionem Arist. hæc non est logica Arist. nec bona logica. Artificium, & logica Aristo. consistunt in methodis, & non syllogismis: quia per librum Posteriorū conscripti fuerunt libri Priorum. Nā syllogismi sunt instrumenta ad utendum methodis, ideò reiiciantur omnes suę expositiones in his textibus, cum nihil intentionem, & suum artificium tangant. Postquam demonstrauimus sufficientiam quinque sensuum, nunc finē pluralitatis sensuum ostēdemus. Inquiret autem aliquis, quare sunt plures sensus, & non vnus tantum. Respondemus cum Arist. Tex. 135. hoc factum fuisse a natura, ut magis res distinctæ nobis apparerent. si enim unus sensus

Tolet. Reiicitur in tex. 133.

Quæ sit bona logica

Inquiritur quare sunt plures sensus, & non unus tm.

Text. 135

Responsio cum Ari.

esset, puta uisus, confunderentur sensibilia communia cũ proprijs: ut magnitudo cum colore, quia utrunque simul præciperet semper. Nunc autem, quia uisum magnitudinem in colore percipimus: tactu autem magnitudinem etiam sine colore, sed in calore, & frigiditate; hinc magnitudinem a colore distinguimus, sic in alijs. Vnde ex prædictis patet, quod Auer. quem sequutus est Iand. q. 32. & alij multi dicentes Arist. fecisse tres demonstrationes ad probandum esse tantum sensus quinque. Prima sumpta a medijs, secũda ex organis, tertia ex sensibilibus qualitatibus obiecti, in aliqua parte uerum dixerunt. quoniam per omnia hæc fiunt demonstrationes, & in aliqua parte defecerunt. s. in numero non distinguentes, & diuidentes membrum obiectorum; quoniam sunt quatuor demonstrationes, ut demonstrauimus. præterea non reduxerunt intentionem Aristo. ad artificium, nec notauerunt methodum suam, & necessariam in omnibus scientijs, & præcipue in sufficientia rerum demonstranda S. Thomas in prima parte q. 78. ar. 3. secundum quod diuersimodè sensibile recipitur in sensu, sic distinguit sensus exteriores, & ostendit, quod quinque modis recipitur in sensu, ideo quinque esse sensus concludit. Quando autem Toletus dicit, nõ posse esse ullam demonstrationem, quod tantum quinque sensus esse possent, & non plures, est in errore, demonstrãs se nescire quid sit demonstratio. Nonne definitio est principium demonstrationis? sed Arist. a natura rei, & per definitiones, & naturas ipsorum sensuum demonstrat, & concludit non esse quinque sensus, ergo demonstratiuè hoc facit. Nõ ne natura sensuum cognoscitur per media, obiecta, & sensoria? non ne per hæc demonstrat sufficientiam ipsorum quinque sensuum? ergo rectè processus est, & melius supradicti tetigerunt ueritatem dicentes Aristoteles posuisse demonstrationes tres, quamuis decepti fuerunt in numero, & in ignorantia artificii & methodi.

In quo defecerint Aue. Iand. & alii circa sufficientiã sensuum ab Ar. positã, & in quo rectè dixerunt.

Sufficiẽtia quinq; sensuũ secũdũ S. Tho. Reiicit Tolet.

Caput

Caput Quartumdecimum.

VOLENS methodo diuisiua, scilicet ratione diuersitatis operationum sensuum exteriorum, ratione obiectorum, & ratione organorum probare necessitatem sensus communis: cum dubium sit, an eodem sensu, quo sentimus, sentire nos percipiamus, prius illud remouet, quo remoto ex dictis demonstrat, quomodo sensibile, & sensus idem sunt, & simul se ponunt, simulq; auferunt, & quomodo non sunt simul damnans Antiquos dicentes non esse sensibile sine sensu, declarans etiam quare sensibile excellens destruit sensum. quo facto prosequitur ostendere eandem necessitatē, quoad alia membra, scilicet ratione obiectorum & organorum. in fine soluens, quomodo sensus communis sit vnus & plures.

CVM iam Aristote. in Text. 136. velit se conuertere ad sensus interiores, & ostendere necessitatem sensus communis, ne quis credat sensum se sentire esse proprium istius, & non exteriorum, mouet dubium, an eodem sensu, quo sentimus, sentire nos percipiamus. & concludit, quod sic. Nam postquam argumentatur ad vtranque partem, soluens postea non soluit illa argumenta, quæ videntur tollere alteram virtutem. & cum non soluat, signum est, quod est huius opinionis, sed ea sol Expō text. 136.

uit quæ videntur de medio tollere, quod ea virtus sensitiua sit illa, quæ sentiat, & cognoscat se sentire. Vnde expresse habemus ab Arist. vt videbimus, quod eadem sit virtus, quæ vtrumque faciat. Et sic perquirens hanc necessitatem, hac vtitur methodo diuisiua. Nam necessario est, uel ratione diuersitatis operationum, vel obiectorum, vel organorum probat, quod per oẽs istos respectus fuit necesse ponere aliũ sensum, præter sensus exteriores. & primo soluens qõnem iam dictam, remanet conclusum, quod rõne operationis, q̃uis eodem sensu videmus, & sentimus nos videre: audimus, & sentimus audire: tñ diuersitatem percipere videre ab audire non est sensuum exteriorũ, sed altetius. Secundò ratione obiectorum. Nam cognoscere diuersitatem inter obiecta sensuum exteriorum, puta, quod album non est dulce, & sonus non est odor, hoc non possumus per sensus exteriores, ergo per alium sensum. Tertiò ratione organi, quoniã organa sensuum exteriorum percipiunt, nisi propria obiecta; tamen discernimus, & recipimus diuersa obiecta, ergo non per sensus exteriores, ergo per alium. Incipit ergo quæstionem dicens, quod sensus se sentit per duas rationes. Primò, cum sentiamus nos videre, & audire; necesse est autem visu sentiamus videre, aut alio sensu. Si alio sensu percipimus visionem, illo etiam percipiemus colorem, ergo color duplici percipietur sensu, visu, & illo alio; sed vnum obiectum non potest a duobus sensibus percipi per se, Vnus ergo erit sensus, qui colorem, & ipsius uisionem percipit. Præterea secundo si alius sensus percipit visionem, vel ille percipit suam sensationem, vel alius. si alius idem petam, vel ergo erit processus infinitus, qui esse non potest, vel venietur ad sensum, qui suam percipiat sensationem. si ergo hoc inest huic, inerit etiam visui, & exteriori sensui. In text. 137. Argumentatur in contrarium, vt possit postea soluere obiectionem, & veritatem pro parte affirmatiua tenere, dicit enim, visu non sentimus, nisi colorem; sed uisio non est color, ergo non potest visus se uidere, nec sensus se sentire perci-

Methodo diuisiua ofědit Ari. q ea uirt' sensitiua sẽtiat, & cognoscat se sentire.

Probaẽ necessitas sensus cõis rõe diuersitatis operationum.

Idem rõne obiectorũ.

Idem rõne organi.

Prima rõ ostẽdẽs qđ sensus se sẽtit.

Secũda rõ.

Tex. 137. Argumẽtatur in contrarium.

re percipit. & sic de alijs sensibus. In text. 138. incipit destruere obiectionem probans, quod non solum colorem sentimus uisu, sed etiam visionem. nam uidere & sentire uisionem, nō sunt unum, & idem. Nam multa percipimus uisu, quæ tamen non uidemus, puta tenebras. Vnde si uisus percipit tenebras, sicut & lucem, cum eadem sit potentia oppositorum, ergo visus percipit uisionem. Præterea ad illud, quod dixit, quod visio non est colorata, Respondet dicens, quod visio est colorata quodammodo: quoniam recipitur in sensorio species eius. quoniā diximus, quod omne sensorium est susceptiuum sensibilis sine materia. Vnde cum abeunt sensibilia, & obiecta, remanent in ipsis sensorijs species. si remanet, ergo sensus sentit uisionem. Quomodo sentiat, & quando, demonstrat Aristo, distinguens secundum actum, & potentiam de sensu, & obiecto, dicens, quod quando sensus, & sensibile sunt actu unum, & idem sunt re ratione diuersa, ut uisus, & uisibile ex parte uisibilis, tanquam obiecti, dicitur actio, ex parte uisus & potentiæ passio, & sensatio. ergo uisus sentit se uidere, dum actu consideratur, & non ut est in potentia. Potentia verò dicitur sensus cum non operatur, ut color, cum non uidetur, sonus, cum non sonat, auditus, cum nō audit. Confirmatur ulterius. Nam si actio, & passio est in eo, quod patitur, atque mouetur, necesse est, ut ait tex. 139. quod eodē sensu, quo sentimus, sentire nos percipiamus. Nam cum sonum audimus, sonatio est inauditus potentia, & organo. ergo cum actu audimus, auditus se audire audit; & declarantes peroptime operationem obiecti, & potentiæ, dicemus, quod quamuis sit eadem operatio obiecti, & potentiæ, ut ait text. 140. quæ in ipsa potentia recipitur, tamen ratio est diuersa, & aliquando etiam nomina sunt diuersa, ut ex parte soni dicitur sonatio, & actio est, ex parte auditus auditio dicitur, & passio est. Aliquando non sunt nomina imposita, ut operatio uisus uisio dicitur, at coloris nomine uacat. similiter operatio gustus gustatio: at saporis nomen non habet. Ex dictis igitur possumus

Text. 138. Responsio ad argu.

Quo uisio sit colorata

Demōstrat quō sensus sentiat, & quando.

Quō dicat sensus actu

Quō sensus potētia dicatur

Tex. 139.

Tex. 140.

Elicit ex dictis Ar. quod sensus particularis cognoscit actū sui ac se sentire.

Reiicitur Caie. Thi. Tol. Iand. App. Aue. Alb. & alii p. distinctioné uirtutū animæ.

mus cum Aristo. dicere, quod sensus particularis cognoscit actum suum, ac se sentire, sed differentiam videre ab audire, scilicet operationum sensuum particularium ad alium sensum interiorem; & est communis. & si cum Themistio & alijs possumus dicere rationes positas ab Aristo. in principio esse necessarias. Dicant quicquid velit Caiet. Thien. cum suis solutionibus, & Toletus cum Iand. Apollin. Auerr. Albert. & alijs. Nam ex hoc, quod diximus, manifestum fiet. Etenim cum virtutum aliæ sint supremæ, sicuti intellectus, aliæ verò infimæ, sicuti est vegetabilis. Aliæ vero mediæ, sicuti est sensitiua, quæ videtur communicare cum intellectu in eo, quod cognoscit; communicare etiā cum infimis, eo, quod, licet sensus cognoscat, non tamen substantiam suam cognoscere potest. sed intellectus cum est perfectus, seipsum cognoscit. Vnde cadit virtus sensitiua ab hoc, quia non cognoscit seipsam. Vnde, vt ait Simpli. in superiori tex. 136. sensus cum sit virtus cognoscitiua ex sui perfectione habet, quod potest reflecti supra se. at cum cadat a vera, & perfecta intellectus perfectione, non potest videre seipsam, sed videt actionem suam, inquit Simpl. quo stante, malè damnauit Alexādrū Io. Grammaticus, qui hoc expresse voluit in lib. de Anima, ca. 23. dicēs, quod non per aliam facultatem animę cognoscimus operationem, & per aliam sensibile, sed per eandem cognoscimus vtrunque, & quando dicunt aduersarii, si visus produceret actum, circa suam visionem, qua ipsum perciperet, sequitur, quod supra seipsum se reflecteret, at hoc non potest facere; quia nulla virtus organica, & corporea potest in se ipsam agere; nec se cognoscere; sensus autem virtus organica est, non ergo potest suam sensationem cognoscere.

Malè dānatur Alex. a Philopō.

Obiectio

Responsio

Respondendum concedentes, quod detur illa reflexio, sciendum tamen non esse æquè perfectam, cùm reflexione, quæ fit ab intellectu; & ratio est, quoniam cum ex dictis sensitiua anima locum medium obtinuerit inter infimū, quem possedit vegetatiua, ac supremum, quem possedit intellectus, sequitur etiam, quod partim cum intellectu

commu-

communicet in eo quod cognoſcit partim differat; & cũ vegetatiua communicet in eo, quod licet operam ſuã cognoſcat, differt tamen in hoc, quia ob ſui imperfectionẽ, nõ poteſt ſupra ſeipſam reflecti. Vnde, cum non poſſit reflecti ſupra ſubſtantiam, reflectitur ſupra operationem ſuam. Vnde non reflectitur ſupra idem, & ſuper ſe, ſed ſuper id quod eſt poſterius ſe; ex quo patet, ſenſum communem habere actionem cognoſcẽdi diuerſitatem actuum diuerſorum ſenſuum: non autem actum proprii ſenſus; cũ attineat ad queq; ſenſum particularẽ, cognoſcere propriũ actum. Et quando pro confirmatione ſuę opinionis, aduerſarij, & etiam Toletus dicunt ſic. oculo vtroque destructo ſentiam me nõ videre. & multis, immò omnibus, qui antea viderunt cœcis, hoc accidit. ſed hoc non fit viſu, cum potentia ſit deſtructa, deſinente organo, ergo alia potentia contingit ſentire non videre, ergo etiam ſentire videre, quia eodem ſentimus nos videre, quo ſentimus nos non videre. Reſpondeo, quòd cœcus non ſentit ſe non videre, niſi per falſam imaginationem: quoniam nũquam vidit. & priuatio non poteſt vnquam cognoſci, niſi per habitum, & ille qui uidit, cum habet oculum extractum, & organum deſtructum, ſentit ſe non videre, non ratione actionis, & paſſionis, quæ fiunt in tali viſione, ſed ratione imaginationis actionis, & paſſionis prꝑteritę in ſenſu communi iam tranſmiſſæ. cum omnia ſimulacra ſenſuum exteriorum exportentur in ſenſus interiores. & ſic ſoluuntur ſua argumenta. Vnde Ariſto. in hoc capitulo vt ait Simpl. Themiſt. & Philopp. probat primum, quod quiſque ſenſus exterior percipiat ſuam ſenſationem: tamen hæc non eſt primaria intentio Ariſt. ſed primaria intentio Ariſto. eſt per diuerſitatem operationum ſenſuum exteriorum, inferre neceſſitatem ſenſus communis. &, quoniam dubium erat de perceptione ſenſationum, ideò remouet hoc dubium. primò, ut ipſo remoto, corollarie ſequi poſſit attinere ad ſenſum operationum ſenſuum exteriorum diuerſitatem cognoſcere. Cum iam per deſtru-

Reiicit argumentum Tole. & aliorum.

Reiiciũtur Simpl. Th. & Philop. circa intentionem hu[ius] capituli.

ctionem argumentorum in contrariam partem, & in solutionem primarum rationum in primo dictarum, sequatur necessario, quod sensus sentiat se sentire corollaria, quæ sequuntur ex dictis declarabimus, dicentes, quod si sensibile, & sensus actu sumantur, ut ait Tex. 141. idem sunt, & simul se ponunt, simulque se auferunt. quia vna est vtriusque operatio, ratione solum diuersa. ut simul est visus in actu, & color in actu, & mouens potentiam. In potentia autem non sunt simul. potest enim color esse etiam non existente visu, & sonus non existente auditu, & sic de cæteris. Vnde male Antiqui, ut Democritus, dicebant, ut ait Tex. 142. quod non est sensibile sine sensu, ut non est dulce sine gustu, nec album sine visu. & quamuis hoc sit verum actu, tamen potentia est talium. ob id male dicebāt loquentes simpliciter, & vniuersaliter de eo, quod non est verum vniuersaliter, sed aliquo modo. Ex dictis etiam declaramus, quare excellens sensibile destruit sensum, dicentes, quod hoc accidit, ut ait Tex. 143. quia sensus in quadā proportione, & temperie consistit, quam destruit obiectum, forte quia agit in potentiam, ut diximus. Nam obiectum auditus est sonus, & consonantia. sed consonantia auditu percipitur, eademque est vtriusque operatio, ut diximus, sequitur, quod auditus etiam in consonantia, & tēperie consistat. & hinc sequitur, quod obiecta temperata, & mixta magis delectant sensum, ut patet in omni sensu: exuperantia verò, & intemperata aut corrumpunt, aut lædunt organa. Postquam ex remotione dubij propositi, relinquimus corollarie sequi nō attinere ad aliquem sensum particularem iudicare actus, & operationes sensuum exteriorum; & propter hoc necessario debere poni alium sensum, cum iam satisfecimus primo membro diuisionis, veniemus ad secundum membrum. & ratione diuersitatis obiectorum, eadem necessitatem inferemus. & primo conditiones sensuum exteriorum proponemus, dicentes, quod quisq; sensus habet suum obiectum sensibile, ut ait Text. 144. a quo patitur, & quod sentit, & quod quisque sensus

Corollaria quæ ex pdictis sequuntur.

Tex. 141.

Text. 142.

Tex. 143.

Quare excellēs sensibile destruit sēsū.

Prosequit scdm mēbrū & rōe diuersitatis obiectorū pbatur eadē necessitas.

Tex. 144.

sensus est potentia, & facultas existens in proprio sensorio, ut sensorium est. & quod denique quinque sensus cognoscunt differentias sui proprij obiecti, ipsasque discernit, vt uisus album, & nigrum; gustus dulce, & amarum. Similiter idem fit in singulis aliorum sensuum exteriorum. Iactis condicionibus prædictis, incipiemus probare necessitatem sensus communis. Nam impossibile est, ut sensus aliquis exterior, sensibilia diuersorum diiudicet, comparando adinuicem. Non enim potest sensus, ut ait tex. 145. aliquis diiudicare, distinguere & comparare aliqua adinuicem, nisi vtrunque cognoscat: quemadmodum nō possum inter res duas discernere, nisi vtranque cognoscam. Cum ergo sit impossibile sensum aliquem exteriorem diuersorum sensuum obiecta apprehendere: nam quisque, ut diximus, suum tantum obiectum apprehendit: consequitur fieri nequaquam posse, vt sensuum exteriorum aliquis inter obiecta diuersorum sensuum discernat. Et tamen id animali erat necessarium, posse inter sensibilia diuersa discernere. Oportebat ergo talem aliquem communem sensum poni, qui sensibus exterioribus excellentior de eorum sensatis ferret iudicium, alioqui quid opus fuisset diuersis sensibus ad distinctè percipiendum sensibilia, si non esset qui potuisset inter ea discernere? Quod si quis dicat, pluribus sensibus posse hanc fieri sensibilium distinctionem vno sensu vnum obiectum, alterum altero cognoscente: an non id videbitur ad distinctionem posse sufficere? Minime. Quemadmodum enim impossibile est, duos homines ferre de rebus diuersis iudicium, nisi utrique tota sit causa cognita, nisi adinuicem communicantes in commune conferant vterque suam cognitionem: neq; sufficit, quod hic illius, iste alterius causam probissimè norit ad rectè discernendum, atque diiudicandum: ita nequaquam sufficere potest sensuum diuersitas ad sensibilium diiudicationem, nisi vnus sit superior iudex, ad cuius consistorium, & cognitionem pariter omnes sua sensata adducunt. Demonstrata necessitate sensus communis,

Tex. 145

Obiectio.

Responsio

Prosequit tertiũ mẽbrũ & rõe diuersitatis organi oñdit necessitatem sensus cõis

munis, ratione diuersitatis iudicii operationum, & obiectorum, ad tertium membrum accedemus, ostendentes, quod ratione diuersitatis organi, cum detur organum, recipiens diuersa obiecta, datur etiam alius sensus, & sic sequẽtes methodum diuisiuam, hoc modo probabimus intentum. Nam hoc organum, ratione cuius percipimus diuersa obiecta, uel est vnius sensus, vel plurium probamus

Text. 146.

quod non vnius; nam ut ait Tex. 146. si tactus esset, & caro vltimum sensorium, sequitur, quod non perciperet differentias sensibilium, nisi ipsa tangendo. at sine tactu hoc fit; ut cum sonũ ab albo discernimus, ergo organo vnius sensus, non possumus percipere diuersa obiecta. Probamus secundum membrum. Nam sicut est vnus in iudicãdo, sic est unus in sensorio ipso. ergo si ille qui habet iudicare diuersitatem obiectorum sensibilium, habet vnum organum, non ergo pluribus organis diuersa obiecta recipere potest. Non enim visu, & gustu distinguimus album a dulci: quia tunc perinde esset, ac si duo homines perciperent vnus album, & alter dulce: constat enim, quod neuter differẽtias discerneret, nisi vnus, & idem sit; ita in vno homine, nisi vnus sit sensus. si ergo nõ vnus alius exterior, ut probauimus, nec simul plures erit, ergo vnus alius præter hos. & sicut vnus alius est, ita vnum aliud habet sensorium. & quod iste sensus sit vnus organo, probamus, quia simul vno eodemque tempore percipit diuersa sensibilia v.g. visus discernens album a nigro vno, & eodem tempore simul percipit album & nigrum. quod si modo album, post nigrum perciperet, nec modo, nec post discernere posset, sed quo tempore vnum, eodem alterum percipere debet. Ita etiam iste sensus simul percipere vtrunque debet, ut iudicet. sed istud quando id est, quod simul percipiat eodem tempore, non debet esse per accidens, sed per se. Vnde si talis sensus recipit diuersa obiecta vno, & eodem tempore, percipiendo ipsa non per organa exteriorum sensuum, cum vnius sensibilis sit vnum sensorium, ergo per aliud organum, ergo per alium sensum. ergo concluditur

cluditur necessitas alterius sensus; scilicet communis. Posita necessitate sensus communis, vt eius natura totaliter nobis innotescat, ponimus obiectionem quandam dicentes, vt ait Tex. 147. quod si sensus communis perciperet vno, & eodem tempore diuersa sensibilia, idem moueretur motibus contrarijs, quod esse non potest. Nam idem indiuisibile, secundum eandem partem non potest à dulci, & amaro simul moueri. Sunt enim hæc contraria, & aliter vnum, aliter alterum agit. Et si quis diceret, quod sensus est indiuisibilis subiecto, & re, & diuisibilis ratione, sicut potentia corporis ad contraria recipienda una est re: ratione tamen differt. nam, quatenus indiuisibilis, & vnus poterit iudicare, qua parte plures plura percipiet. Soluimus dicentes, ut ait Tex. 148. quod quamuis vnum in potentia simul sit receptiuum contrariorum, ut superficies simul est albi, & nigri receptiua in potentia; idemque simul indiuisibile, & diuisibile potentia: tamen actu non potest id esse, sed tūc oportet esse diuisibile, & modo vnum, modo alterum recipiat. Cum ergo iste sensus actu patiatur contraria album, & nigrum, & alia non poterit tunc esse indiuisibilis, sed diuisibilis solum. Pro cuius rei resolutione, concludimus cum Arist. Tex. 149. quod est vnus secūdum se plures vt finis, & est principium quinque sensuum. Vnde aduertendum est pro intellectione mentis Aristot. facultatem hanc sensum communem appellari, hac ratione, quod sit quasi terminus, ad quem sensus exteriores trasmittunt species obiectorum ab eis apprehensas. Quæ quidem virtus, est veluti punctum in medio circuli: a quo puncto multæ exeunt lineæ, vsque ad circunferentiam, non amplius punctum, sed linea appellabitur. ita profectò sensus communis, cum à centro exit ad organū visus, non amplius appellabitur sensus communis, sed visus, cum ad auditum auditus, ad odoratum odoratus, ad gustum gustus, ad tactum tactus. quod si retrocedamus a circunferentia ad centrum, tunc visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, non amplius hoc nomine appellabūtur; sed

Text. 147. Obiectio.

Obiectio.

Tex. 148. Solutio.

Ratio ad primam Text. 149.

Quare appellatur sē sus cōis.

sed in centro coalescentes, dicentur sensus communis. Vnde sicuti idem punctum, quod est terminus huius lineæ, est terminus etiam illius, & sic nō sunt plura puncta, sed idem punctū pluries terminatum; ita quod quot erunt lineæ, toties etiam numerabitur. Exempli gratia quinquies, sed non quinque puncta. ita profecto, & sensus communis quinquies numerabitur, sed non quinque sensus, sed vnus solum sensus. Ex quo debemus dicere, hanc facultatem vnam esse secundum essentiam: plures autem esse ratione organorum solum, cū eademmet virtus, ut est in organo, appelletur visus. secundum se autem considerata, ut recedat ab his omnibus sensorijs, dicatur sensus communis. ob id Themistius inquit, sensum communem talem esse, ut existens propè visum; ita propè ipsum non reperiatur esse, quod non sit propè auditum, vt inferat, quod sensus communis ille est, qui videt, tangit, gustat, & cætera facit; adeo quod vnus dicitur esse, secundum essentiam plures autem ratione organorum duntaxat. Ad quod respiciens Alex. in Capit. de sensu communi, sensus, inquit, communis non solum iudicat differētias diuersorum generum, sed etiam differentias eiusdem generis. & ponit exemplum inter album & nigrum. Ex quo inferri potest multos philosophantes in errore esse credentes sensum communē esse diuersos sensus. Nam si ponit ut ait Alex. iudicium de eodem genere, sequitur etiam quod sit idemmet sensus cū exterioribus acquirens multitudinem a sensorijs solum, quem Alex. sequens Simplicius sensum communem determinauit non esse ita in visu quin sit in auditu. Ex quo apparet nihil obstare multa, & diuersa esse quæ sentiantur, & tamen vim vnam habere quæ sentiat, quippe quæ simul vna sit, & multæ cum ut ait Themistius nostet quatenus vna indiuisibilisque est de diuersis simul, & vno iudicio iudicat, quatenus vero plurium, & sepatatarū rerum terminis fungitur, etiam fit ut vna scindatur, & dehiscat in plures, & de diuersis negocijs diuersa iudicia profert. vnde nihil obstat, multa, & abiuncta esse quæ sentiantur,

[Margin: Sēsus cōmūes uirt. in essentia plures rōe organorū. cōfirmatio per The.]

[Margin: Alia cōfirmatio per Alex.]

[Margin: Error multorū q credūt sēsum cōem esse diuersus sēsus.]

[Margin: Declarat natura sensus cōis a Them.]

tur,

tur; & tamen vnam uim haberi quæ ſentiat, quippe quæ ſimul ſit vna, & plures. Vnde quemadmodum vnus pluribus vellicantibus, litigantibusq́ue poteſt ſimul ius dicere, ita quoque a ratione alienum non eſt, ſenſum aliquẽ in nobis promiſcuum contineri qui contrarijs ſenſibus ſimul operam det. Vnde notandum eſt quod propriè ut ait Themiſtius non poſſumus dicere viſum in pupilla eſſe principium, neque auditum in auribus, neque guſtum in lingua, ſed ſenſum communem in hac prima ſentiendi vi ſedem habere, quod ſi diximus quinque nobis eſſe ſenſus omnes, hoc intelligendum eſt quinque inſtrumenta haberi, & quinque canaliculos ſenſilibus ſpiritibus, quos tanquam a fonte vno per inſtrumenta illa riuatos quinque ſenſibus natura diſtribuunt. Per ea igitur quæ hucuſque diximus, & ab Ariſtot. habuimus, cognoſcimus naturam ſenſus communis, tacuit enim organum. quoniam iam præſupponit eſſe hoc notum, quoniam ſecundum doctrinam ſuam omnis animę uis, ac facultas ſedem primã habet in corde, dicant quicquid velint Galeniſtæ de cerebro. Tacuit etiam medium quoniam talis facultas fit ſine medio, nec indiget medio, ſed eaſdem prorſus imagines, quarum cognitionem ſenſus exteriores habuerunt, eaſdẽ met ſenſus communis ante ſe poſitus, & ad pedes genuaq́ue aduolutas, iacentesq́ue contemplatur, diiudicatq́ue qua ratione etiam factum fuit, ut cum nõ immediatè mutentur a ſpeciebus obiectorum exteriorum, ſed a ſpeciebus prius receptis in ſenſibus exterioribus, & ad eũ tranſmiſsis appellatæ fuerunt huiuſmodi virtutes ſenſus interiores. Dicamus igitur ſenſum communem eſſe potentiã in corde ſituatam a qua omnes ſenſus exteriores accipiũt virtutem ſentiendi ad quã tranſmittuntur omnes ſpecies ſenſatæ apprehenſæ per ſenſus exteriores, in qua omnes ſenſus exteriores vniuntur, ſicut plures lineæ in centro data a natura ut animal iudicare poſsit actus ſenſuum exteriorum, ac varias differẽtias eorum quæ uarijs ſenſibus exterioribus ſunt ſubiecta. Et ſenſatio communis erit co-

Notãdum Them. eſſe ſẽsũ cõem.

Quare Ar. tacuit orgã nũ ſenſus cõis.

Quare tacuit eẽ medium.

Quid ſẽſus cõmunis.

Quid ſenſatio cõis.

gnitio

gnitio composita ex vario genere simplicium sensationū sine medio facta a facultate quadam quæ sensus communis appellatur existente in corde tanquam in proprio organo. Et hæc dicta sufficiant de sensu seu principio sentiē di secundum quod animal sensitiuum dicitur, hic enim omnibus inest animalibus.

Caput Decimumquintum.

CVM esset opus pro facili cognitione phantasiæ distinguere ipsam ab aliis potentiis, scilicet sensu, & intellectu. cumq; hæc duo ab antiquis confunderentur, prius ipsos redarguit, ostendens differentiam, & deinde propositum assequitur, ponens differentiam imaginationis ab aliis potentiis procedens per operationes tanquam nobis notiores. & primò in vniuersali, reassumens ex dictis, quare prius de imaginatione, & postea de intellectu tractat. Deinde particulariter methodo diuisiua, inferens ex propositione notissima, quid sit phantasia, resoluēs ipsam in suas causas, declaransq; omnes eius particulas, in vltimoq; patefaciens nobis eius finem.

Demōstrat necessitas phantasiæ.

QVONIAM non solum species rerum sensibilium apprehensas diiudicare, atque discernere, oportebat, sed etiam has species uelut lucra quædam alicui recōdere conseruanda, ideò natura phantasiam, siue imaginationē homini, & animalibus perfectis concessit, quæ conser-

uaret

uaret species sensatas,& transmissas a sensu communi tã quàm thalamus,& thesaurus suus.

Prætereà necessarium erat dari potentiam aliquam quæ haberet componere species sensatas ad inuicem, puta in phantasia est conseruata similitudo ceræ,quam aliquando vidi,& similitudo canis,quem aliquando vidi,potest autem phantasia has duas species adinuicem componere,& fingere canem cereum,licet non inueniatur in rerum natura, ex quo sequitur, quod omnia entia fictitia sunt per operationem phantasiæ componentis varias species rerum sensibilium adinuicem. Amplius,quomodo animal perfectum,cui non semper cõiuncta sunt ea,quæ sunt opportuna regimini vitæ suæ, recordaretur rerum, quæ sunt necessariæ vitæ suæ,& moueretur ad quærendũ ea localiter? nisi haberet phantasiam, & imaginationem ciborum sibi conuenientium, sic animalia omnia per hanc incitantur ad quærendum cibos. Arist. igitur in hoc cap. volens tractare de phantasia,tanquàm de secũdo sensu interiori,cogebatur distinguere ipsam ab aliis potentiis,s. sensu,& intellectu, vt cognitis quibusdam differentiis eius natura nobis facilius patefieret.& quoniam antiqui confundebant sensum cum intellectu, primò ipsos redarguit,demonstrans eorum differentias. post igitur redargutionem antiquorum, & determinationem distinctionis sensus, & intellectus statim loquitur de differentia ipsius phantasiæ a sensu, & intellectu non principaliter,vt videbimus,sed vniuersaliter, deinde particulariter, & principaliter,atque methodicè. quo facto venatur naturam eius. Non poterat enim Aristo. prius differentiam imaginationis ab aliis potentiis ponere, nisi prius remoueret,& destrueret placita antiquorum. Vnde ex necessitate doctrinæ suas opiniones recitat, & vt facilius postea eius naturam nobis innotescat, ponit differentias inter ipsam,sensum,& intellectum. semper enim scientificus in rebus pertractandis, & definiendis prius ab aliis,si opus est,ipsas separat, vt omnis tollatur æquiuocatio, & facilius

Intentio Ar. in hoc Cap.

lius eius naturā venari possit, & si quid in contrarium reperitur, & dubium remouet, vt distinctè loqui possit: Sic Aristo. passim & omnibus in locis procedit, sic Tolett, & vos noui expositores continuantur Tex. Aristo. litera intelligitur, & intentio eius declaratur. Dicimus igitur cū Aristo. Tex. 150. quod Antiqui, ut sæpe dictum est definiebant animam per motum, & cognitionem, quæ cognitio erat intelligendo, discernendo, ac sentiendo, scilicet cognitio rerum, quæ intelliguntur cum discursu, sine discursu, & etiam quæ sentiuntur. Vide illud discernere, non vt Philoponus est commune verbum ad intelligere, sed distinctum. Vnde cum tali modo definierunt animam, considerandum est si quid intersit inter intelligere, & sentire. Videtur enim tam intelligere cum discursu, quàm sapere sine discursu esse quoddam sentire: nam anima in vtrisque his discernit, & cognoscit aliquid eorum quæ sunt. Preterea Antiqui sapere, & sentire vnum faciunt, & idem vt ex ipsorum verbis patet: Nam quæ sensibus insunt, vocabulis intellectus exprimunt. quod Empedocles facit in duobus locis. Primo dicit, Ad præsens hominum crescit sapientia semper, vt cognitio præsentium sensui competit, sapientia verò intellectui: Secundo dicit. Hinc variis semper prudentia somnia monstrat: somnium autem sensus est. Similiter Homerus facit, dicit enim, quod intellectus hominum terrestrium taliter se habet, qualiter quotidie res succedunt, hoc autem sensus est; & sic confuderunt sensum cum intellectu. vnde Aristo. in Tex. 151. causam, & radicem erroris antiquorum demonstrat, sicut in primo libro cum ponit opiniones ipsorum, vt vidimus, demonstrat causas quare inducti fuerunt sic dicere. Primus error fuit, quoniam ponebant animam corpoream. Vnde fateri oportebat intellectum esse potentiam corporis, sicut sensum. Secundus error omnia similia similibus cognosci putabant, & sic componebant animam ex omnibus, vt omnia cognoscere posset sicut in primo libro demonstratum fuit. Aristoteles autem arguens ipsos demō

strat

Tex. 150. Recitātur opi. ātiquorum de sensu & intellectu.

Tex. 151. Errores antiquorum.

ſtrat ſuam inſufficientiam: nam de ignorantia nihil dixerunt, ſed ſolum de ſcientia, & tamen potius oportebat tractare de illa, vt nobis propria, quam de iſta, plus enim temporis ſumus in ignorantia, & deceptione, quàm in ſcientia. Et ſi dicerent non eſſe aliquem errorem, vel ignorantiam, vt aliqui, ſed quiquid apparet verum eſſe, vel ſcientiam eſſe cum tangimus ſimile, ignorantiam autem cum diſsimile. Primam excuſationem non impugnat, quia alibi impugnatur, ut 4. met. hanc autem reijcit dicens, quod eadem eſt ſcientia, uel ignorantia cōtrariorum. ergo qua particula ſcimus hoc eſſe, eadem ſcimus non eſſe, & hæc ſcientia erit, non ignorantia. Vt igitur totaliter remaneat deſtructa opinio Antiquorum, oſtendemus ſenſum ab intellectu differre. Quod ſapere, & ſentire non ſint idem, manifeſtum eſt. Nam ut ait Text. 152. ſentire ineſt omnibus animalibus, ſapere vero, quod eſt intelligere ſine diſcurſu paucis, ſcilicet hominibus tantum. Præterea ſentire nec etiam eſt intelligere cum diſcurſu, nam intelligere eſt modo cum vero, modo cum falſo. vnde ſcientiæ opponitur ignorantia, prudentiæ imprudentia, opinioni veræ falſa, cum intellectus diſcurſiui ſit ſcientia, prudentia, & opinio, ſicut intellectus non diſcurſiui ſapientia. At ſenſus proprij obiecti verus eſt ſemper, non ergo ſentire intelligere. Amplius intelligere ineſt tantum rationem habentibus, at ſentire etiam non habentibus, non ergo ſentire eſt intelligere, & conſequenter ſenſus non eſt intellectus.

Quod ſapere & ſentire non ſit idē. Text. 152. Secūda rō. Tertia rō.

Poſtquàm cum Ariſt. damnauimus opinionem Antiquorum, & demonſtrauimus diſtinctionem inter ſenſum, & intellectum, incipiemus ponere differentiam imaginationis ab aliis potentijs, & per operationes procedemus tanquam nobis notiores. nam quod concluditur de operationibus, verificatur etiam de potentijs. Non poterat Ariſto. vt diximus probare differentiam imaginationis ab alijs potentijs, ſi Antiquos non redarguebat cum ipſas ſimul ponebant, & eſſe vnum, & idem dicebant, ideò veritate patefacta incipit proponere differentias, vt ipſis cognitis

Quō ſit pcedendum in demonſtrando differentiam imaginationis ab aliis potentiis.

melius natura imaginationis nobis patefieri possit. Ponit igitur in Tex. 153. differentiam phantasiæ a sensu, & intellectu in vniuersali non ex propria intentione, sed ut possit ostendere quomodo ab ipso sentire dependeat ipsum phātasiari, & ab ipso intelligere ipsum opinari, vel ipsam existimationem, deinde particulariter per methodum diuisiuam demonstrabit differentiam ipsius ab omnibus alijs potentijs, & habitibus. Dicimus igitur, quod phantasia aliud est, & a sensu, & ab intellectu, nam imaginatio non fit sine sensu, quoniam phantasia actu respicit speciē sensatam apprehensam a sensu transmissam ad phantasiā, ergo sine sensu fieri non potest. Similiter imaginatio, nec intellectus, vel existimatio esse potest (dicitur existimatio ut operatio communis seruiens intellectui discursiuo, & contemplatiuo) quoniam sine imaginatione intellectio esse non potest. vnde ut sensus imaginationi, ita imaginatio intellectui deseruit. Quod autem phantasia, & existimatio, vel intellectus differant manifestum est. Nam phātasia est passio quæ in nobis est, & sita in arbitrio nostro, quæ enim volumus, & quomodo volumus, imaginamur ut faciunt illi, qui vtuntur arte memoratiua fingētes pro libito figuras, & imaginationes. Opinari autem, vel existimari non est in nobis situm, nec in arbitrio nostro, oportet enim opinantem, aut veram, aut falsam existimationē habere, quoniam qui credit ratione, vel euidentia ducitur. Præterea est alia differentia imaginationis ab intellectu, nam vt ait Tex. 154. cum opinamur, vel existimamus aliquid quod sit, vel difficile, uel terribile statim compatimur, & e contra, si non est tale confidimus. Vnde hoc pacto existimatio mouet passiones appetitus, quia ratione ducitur, sed imaginatio non mouet appetitus passiones, sed cum imaginamur, vel difficilia, vel terribilia, uel contraria perinde afficimur, atque si depicta ipsa videremus, quod si timemus, id fit non ratione imaginationis, sed ratione existimationis quatenus id ; ita esse iudicamus, uel iam futurum esse. Cuius existimationis differentiæ sunt scientia,

Text. 153

Differētia phantasiæ a sensu, & intellectu.

Differētia phantasię, & existimationis.

Tex. 154. Alia differentia imaginationis ab itelectu

ſcientia,& opinio,& prudentia,& horum cōtraria de quorum differentia alius ſit ſermo.

Poſtquàm probauimus dependentiam imaginationis a ſenſu,& exiſtimationis ab intellectu per differentias ſupradictas, nunc reaſſumentes oīa dicta reddimus rationē quare prius Ariſt.de imaginatione,& poſtea de intellectu tractat. Dicimus igitur,quod cum ſit diuerſum, ut vidimus ipſum intelligere ab ipſo ſentire,& cum etiam,ut ait Tex.155.ab ipſo ſentire habeamus imaginationem,& ab ipſo intelligere exiſtimationem,poſtquam determinauerimus de imaginatione,vel phantaſia, deinde de exiſtimatione,uel intellectu tractabimus. Ecce quomodo Ariſto. reddit hic rationē quare prius de phantaſia tractat,quàm de intellectu quod ante facere non poterat,quia in dubiū erat ſi ſentire erat diſtinctum ab intelligere, & quomodo ab ipſo intelligere haberetur exiſtimatio, & ab ipſo ſentire phantaſia. Ideò cum iam per redargutionem Antiquorum demonſtratum ſit differentiam ſentire ab intelligere, & per differentias ſupradictas quomodo ab ipſo ſentire dependet phantaſia, & ab ipſo intelligere exiſtimatio, dicit,quod primo de ipſa phantaſia tanquam de ſenſu interiori, ut ſermonem de omnibus ſenſibus exterioribus, & interioribus complere poſsit, deinde de exiſtimatione.

Tex. 155. Demōſtrat cauſa quare prius de imaginatione deinde de intellectu tractat

Dicimus igitur procedentes methodo diuiſiua, quod ſi phantaſia eſt ſecundum quod phantaſma aliquod nobis fieri dicimus,& non quicquam aliud,quod per tranſlationem hoc eodem nomine nuncupetur, profectè erit vna quædam potētia,aut habituum quibus diſcernimus verū, & falſum, uel quid aliud.hoc membrum diuiſionis tacuit Ariſt. quoniam deſtruendo primum membrum ſub intelligitur,quoniam ſi non erit ulla potentia, ergo quid aliud ab his diſtinctum.Si quædam potentia,uel ſenſus,uel opinio,uel ſcientia,uel intellectus,& ſic,uel vnum horum tātum,uel plura ſimul incipiamus igitur deſtruere membrū primum, & probare primò,quòd imaginatio non ſit ſenſus, adhuc ſubdiuidentes ſenſum in potentiam, & actum,

Methodo diuiſiua inueſtigatur genus Phātaſię,ut poſſit ipſa definiri.

 & dici-

& dicimus, quod non est sensus in actu, quia imaginatio, ut ait Tex. 156. est etiam cum nõ sentimus actu, ut in somnijs. Non sensus in potentia, quia sensus in potentia continuè inest, at imaginatio non semper inest. Præterea sensus actu inest omnibus animalibus, imaginatio autem non, nõ. n. inest vermibus, formicis, nec apibus, ergo imaginatio non est sensus. Postea sensus semper est veri, & illius, quod est, at imaginatio plurimum falsa. Amplius sensatio est certa, & absque dubio, at cum imaginamut dubitamus an ita sit, ergo diuersa. Præterea sensatio est præsentis, imaginatio etiam absentis est, ergo non est sensatio, nec sensus phantasia ipsa. In Tex. 157. Probat quod nõ sit nec scientia, nec intellectus, nec opinio, & quoniam remanet dubium de opinione, & de scientia, & intellectu notũ est. ideò primò dicit, quod nõ est scientia, nec intellectus, qa hæc semper sunt vera: imaginatio vero aliquandò falsa est, semper enim in destruẽdis membris in fine discutiuntur partes membrorum dubiæ, & manifestæ in principio tractantur, vt semper a facilioribus procedentes, & notioribus rem optime declaremus. De opinione igitur dubium est, quoniam etiam ipsa est vera, & falsa sicut imaginatio. Dicimus igitur quod non est opinio imaginatio, quia opinionem sequitur fides. non contingit enim opinantem ijs, quæ videntur non credere, vnde cum qui opinatur, credit, imaginatio non erit opinio: quoniam ipsam non sequitur fides. ob id in brutis, quamuis in ipsis sit imaginatio, tamẽ quia nulla est fides, ob id nec opinio. Quod autem in eis non sit fides, ostendimus. Quibus inest fides, competit persuaderi, at nihil potest brutis persuaderi ergo nec inest fides. Nam persuadere est in fidem inducere, solum enim his potest, aliquid persuaderi, quibus ratio inest, sed brutis non inest ratio, ergo non potest quid persuaderi, & sic nullo pacto imaginatio opinio esse potest. Cum ostenderimus nullum illorum quatuor esse imaginationem de per se, nunc volumus ostendere, quod nec complicatiue potest esse, & cum notum sit de scientia, & intel-

Tex. 156. Qđ imaginatio non sit sensus in actu neque in potẽtia.

Tex. 157.

Qđ imaginatio non sit scientia nec intellectus.

Qđ opi. nõ sit imaginatio.

Prosequtur inuentionẽ definitiõis phantasię p cõplicationẽ supradictorum mẽbrorũ.

intellectu, quod nec de per se, nec complicatiuè esse possunt discurremus circa opinionem, & sensum procedentes solita methodo diuisiua dicentes si plura simul, non scientia,& intellectus vt diximus ergo opinio,& sensus. si opinio, & sensus vel erit imaginatio opinio cum sensu, vel sensus cum opinione,vel complexio opinionis,& sensus erit phãtasia. & primo dicimus, quod hoc patet per ea quæ dicta sunt. Nam vt ait text. 158. si differt phantasia a sensu per se,& opinione per se, quia quæ sensui insunt, & quæ opinioni insunt ei non possunt inesse,differt ab vtroque simul. Præterea ad primum membrum, quod non sit opinio cum sensu. Nam si imaginatio sit opinionis, sensusque coniunctio,ergo opinio non erit cuius vis rei, sed eius cuius est sensus: quia si sunt simul, ergo circa idem debent esse: vt opinari,& sentire simul idem sit imaginari. Vnde si vnum sentimus, alterum opinamur,talis opinio cum sensu non erit imaginatio, sed vtrumque debet esse vnius,aut albi,verbi gratia,aut mali,non autem vnus vnius,alterum alterius. hoc est manifestum. sequitur ergo iuxta hoc,quod nihil aliud erit imaginari, quàm opinari,quod apparet,& per se sentitur. Ad aliud membrum accedemus, probantes, quod non est sensus cum opinione. Nam sensus,& opinio discordant in eo, quod imaginamur: quoniam imaginatio percipit solem paruæ quantitatis: opinio autem,vt ait Tex. 159. & sensus,discordãt. Nam sensui apparet minor terra, opinione maior. Terra ergo nõ potest phantasia esse sensus, vt opinio simul eiusdem, quod confirmatur; quia si opinio debeat conformari sensui debet esse vnum ex duobus, aut quod deserat illam, & summat oppositam: aut quod illa opinio fiat falsa: non primum, quia opinio, & assensus non abijcitur, nisi vel obliuione, vel morte,vel ratione contraria. quorum nullum in præsenti casu est. Non secundum, quia obiectum manet idem: puta sol maior terra, tunc autem opinio ex vera fit falsa, cum obiectum mutatur ignorante,eo qui habebat opinionem. Cum igitur nihil horum

Tex. 158

Qđ imaginatio non sit opin. cũ sensu.

Qđ phãtasia non sit sensus cum opin.

Tex. 159.

ſit, ſenſus erit falſus, & opinio vera. non ergo vtrumque ſimul erit imaginatio. non enim hæc ſimul vera, & falſa eſſe poteſt. Poſtquam Ariſto. deſtruxit primum membrum diuiſionis, & eius ſubdiuiſionis; Cum remaneat phantaſiam eſſe quid aliud ex propoſitione notiſsima

Propoſitũ Ariſtotel.

infert, & proponit, quid ſit phantaſia, qua definita deinde reſoluit in ſuas cauſas, declarans omnes eius particulas. & in fine demonſtrans eius finem, & ad quid à natura ani-

Tex. 160.

malibus conceſſa fuit, & homini. Dicit igitur Text. 160.

Quare dixit [uidet.]

Quoniam vnum motum poteſt mouere aliud: quia aliquid eſt, quod moueatur, & moueat. Phantaſia autem motus quidam videtur eſſe. dixit enim *videtur*, quoniam nondum probauit hoc eſſe ſuum genus. præterea ſequitur dicens, & non ſine ſenſu fieri, ſed ſentientibus, & quorum ſenſus eſt, ideſt talis motus, & actus fit non circa formas non ſenſibiles, ſed ſenſibiles, & a ſenſu procedentes. quoniam a ſenſu communi hauriuntur. Vnde obiectum ſuũ verſatur in his, quæ ſentiuntur. & erit phantaſia motus, & actus quidam circa formas ſenſibiles a communi ſenſu hauſtas. quoniam ſenſus actu poteſt alterum mouere. ergo ſi poteſt ſenſus actu alterum mouere, imaginatio percipit quæ ſenſu cognita ſunt, & tunc talis cognitio, quæ fit ab eodem obiecto ſenſato; erit ſimilis ſenſationi illius.

Tex. 161. Quid Phãtaſia.

Erit igitur, vt dicit ipſe in Text. 161. definitio ipſius phantaſiæ talis. Phantaſia eſt motus factus a ſenſu ſecundum actum. ideſt, phantaſia eſt potentia, quæ fit in actu per ſenſum exteriorem, & per ſenſum communem. nam actu reſpicit ſpeciem ſenſatam a ſenſu communi tranſmiſſam ad phantaſiam.

Notandũ pro intelligentia definitionis ſupradictę.

Vnde notandum eſt, quod hic motus factus a ſenſu, non eſt vnius, ſed duplicis generis. alius quidem imperfectus, ac diminutus, qui quidem ab anima fieri nõ poteſt, niſi in præſentia rei ſenſibilis; quem quidem donauit. Natura animalibus quibuſque imperfectis; quibus etiam tactus ſolus ineſt. cuius rei argumento illud eſſe poteſt, quod ſi pungantur, aut eis apponatur aliquod diſconueniens illico retrahunt ſe: quod non facerent, niſi cogni-

cognitione secernerent illud esse sibi nocuum. sin autem eisdem apponatur aliquod conueniens, illico super illud dilatant se, quod etiam facere non possent, nisi cognoscerent illud sibi conueniens esse. Vnde cum nocuum, & conueniens sint intentiones non sensatæ, quas nullus sensuum exteriorum cognoscere potest: sequitur necessario, quod habeant virtutem interiorem cognoscitiuam'hoiũ obiectorum: tametsi diminutè satis illa cognoscant, nec nisi obiecto præsente, cuius rei signum est, quod nunquã ex se mouerentur de vno loco ad alium distantem. phantasia verò perfecta, ē motus factus a sensu rerum, quæ nobis absentes sunt, quam habent animalia mobilia de loco ad locum. Prosequamur cum Arist. declarationem ipsius definitionis. & primò generis dicentes quod per phantasiam multa contingit pati, & agere. & hoc quia est motus factus à sensu, & vbi motus, ibi actio, & passio. ergo qui habent imaginationem, ea vtuntur ad actiones suas obeundas: secundum quod eam appetitus patitur. deinde declaramus eius obiectum dicentes, quod aliquando est vera, & aliquando falsa. & hoc ratione obiectorum, quæ obiecta cum sint sensata, & a sensibus exterioribus, hausta possunt esse vera, & falsa. Vnde etiam ipsa circa suum obiectum potest veritatem, & falsitatem apprehendere. & probat, quod sensata posint esse vera, & falsa. nam tam in proprijs sensibilibus, quàm in cõmunibus, & illis, quæ sunt p accidẽs, põt cõtingere error, ergo cũ ipsa sit motus factus ab istis, ergo in ipsa poterit error eẽ. Dicimus igitur ꝓpriũ sẽsibile eẽ illud, in quo nõ cõtingit errare, nisi parũ .i. in particulari obiecto, & ĩ applicatiõe, aliud ẽ p accidẽs, idest subiectum, in quo est proprium sensibile. & in hoc contingit error, vt notum est. Tertium est sensibile, commune, quod est in eo subiecto, etiam in quo est proprium sensibile, vt figura, Magnitudo, Motus & alia. & in his cõsistit passim, & frequenter error. ergo cum in omnibus istis posit contingere error, & ab his hauriat obiectum suum, phantasia ergo verum erit, quod dicit Aristo. quod

Prosequit declarationem generis definitionis.

de obiecto Phantasiæ.

Q'o sensata possint eẽ uera, & falsa.

erit aliquando vera, & aliquādo falsa: & quāuis sit motus factus ab his dictis tribus sensibilibus, ipsa phantasia tamen differt a sensu, eo quod sensus est obiecti tantum præsentis at ueri: imaginatio obiecti præsentis ratione animalium imperfectorum, & absentis ratione perfectorū, & falsi in sensibilibus per accidens, & communibus præsertim cum in distantia sunt, & hæc est vera expositio literæ. Cum declarauerimus genus, & obiectum ipsius definitionis, atque per consequens eius intrinsecam naturam per conuersionem definitionis cum definito, & definiti cum definitione, concludemus veritatem supradictam. Nam bona definitio cum definito, debet conuerti, & definitum cum definitione. Dicimus igitur, vt ait in fine tex. Si quæ dicta sunt, non competunt alteri, quàm imaginationi. & imaginatio est, quod diximus. ergo imaginatio erit motus a sensu, facto actu: idest cognitio eius, quod alijs sensibus tam communi, quàm exterioribus sensatum est. Phantasia igitur nihil aliud erit, quam motus a sensu facto actu, & nihil aliud motus a sensu facto actu, quàm phantasia; & sic peroptima, & perfecta erit definitio. Notandum autem est pro clara intelligentia obiecti istius potentiæ. Exemplum Themistii, ex quo facilè deprehendere poterimus naturam imaginationis, & circa quæ versetur. Inquit enim sit anulus sigillo Mercurii insignitus, sit cera, sitque ceram ambiens aer, imprimatur cera figura Mercurii; hic profectò reperiuntur tres impresiones, altera in auro, altera in cera, altera uero in ceram ambiente aere. quarum prima, quæ est in anulo potest comparari impresioni, quæ fit a sensibili exteriori in sensum exteriorem. Secunda verò, quæ est in cera, ei quæ fit a sensu communi in phantasiam, impresioni, ac figurationi illi in aere repertæ. Vnde imaginatiua formatur impresione illa illius idoli, perinde ac remanet idolum in aere; vt non mirum sit, cum reddita sit phantasia talis per illud sigillum, si potest etiam quandocunq; circa illud operari, etiam quod remoueantur

Notādum Them. pro clara intelligentia obiectio ipsius phātasiæ.

tur exteriora obiecta. Notandum tamen est, quod cum impressiones factæ in sensu communi medio sensuum exteriorum, non sint nisi aut propriorum, aut communium sensibilium, vt diximus, quod in his formis solummodo non detinetur phantasia : sed multo altius prætergressa, elicit ab iis formis sensatis intentiones non sensatas, cuiusmodi sunt amicitia, inimicitia, bonum, & malum, & huiusmodi. quod quidem hoc modo facit, etiam inspiciens species sensatas : vt figuram ex imagine figuræ horrendum quiddam, & formidolosum commiscens, inimicitiam elicit nunquàm sensu perceptum; quandoque verò delectamentum quoddam commiscens, vt ouis lupo viso elicet conceptum inimicitiæ: & canis baculo viso elicit conceptum percussionis; sic equus audito clasico, elicit conceptum prælii. Hæc autem omnia fingens commiscet, & congerit citra aptam compositionem, ex qua verum, & falsum elici potest. Vnde ex his elicere possumus primò, & per se, obiectum imaginationis esse formas sensatas: secundario intentiones non sensatas; per intentiones non sensatas intelligo amicitiam, & huiusmodi. Vnde Aristo. loquutus est de obiecto principali, & quod primò & per se imaginationi præsentatur; secundum verò ab isto dependet. Postquàm explicauimus particulas ipsius definitionis, & conclusimus esse ipsam phantasiam sicut eam definiuimus; nunc cum Arist. 162. tex. nominis rationem proponemus, quod ante facere nô poteramus; quoniam, sicut nomen definitionis continet implicite totam definitionem; sic tota definitio explicat ipsum nomen. Vnde necessarium erat, prius explicare nomen, & deinde rationem nominis dare. Dicimus igitur quod cũ imaginatio sit circa actu sensata vt diximus, & inter sensus nobilissimus sit visus, decuit vt ab eo, quod in visu est sumere nomen; sed visus indiget luce vt fiat visio à luce; ergo denominatur imaginatio, & ita fit. Nam Phanos grecè, idem est, quod apparitio. inde deriuatur phātasia, quasi aperitiua. i. causans apparitiones. Declarata nominis ethimo-

Quõ phãtasia ex formis sẽsatis eliciat intẽtiones non sensatas.

Duplex obiectũ Phãtasię.

Declarat ethimologia nõis ipsius phantasiæ.

ethimologia, & causis intrinsecis ipsius definitionis, concludemus sermonem in causis extrinsecis, scilicet in demonstrando finem imaginationis, cur sit animalibus, & hominibus data. Finalis igitur causa in brutis est, vt per eam tanquàm per rationem dirigerentur, & mouerentur ad suas operationes. Imaginationes enim manent, id est sunt etiam absentibus obiectis, similesque sunt sensationibus, ob id mouent appetitum animalium. In hominibus autem est, vt per eam operentur, quando ratio est impedita. impeditur autem in passionibus, vt ira, amore, odio, & aliis. impeditur etiam in morbo, & in somno. Vt ergo homines operari possent, etiam cum ratio non operatur, dedit natura imaginationem, & hæc est causa finalis. Quæ causa finalis, potest reduci ad hoc scilicet, quod data est phantasia, vt animal ex conseruatarum specierum cognitione, id quod est sibi nocuum, atque inimicum fugiat; quod autem utile, atque amicum prosequatur. Ideo bene Arist. concludens, dicit. De phantasia igitur quid est, scilicet quoad causas intrinsecas, & propter quid quoad causam finalem, intantum sit dictum. Si uis operationem definire. Erit phantasiatio animę cogitatio circa eas formas sensibiles, quæ a sensu communi haustæ fuerunt, ac circa alias intentiones ab eisdem elicitas, atque in semetipsa conseruatas. Et si uis potentiam definire, erit phantasia potentia moueri apta, ab his, quæ aliis sensibus iam sensata sunt. Arist. definit eam, quæ actu est, quia notior est actio, quàm potentia. Ex his igitur omnibus dictis patet, superfluitas Auicenna, Algazelis, Albert. Iand. & aliorum, qui posuerunt quinque sensus interiores. Nam phantasia non solum operationes enarratas habet, sed etiam uim retinendi, ac conseruandi intentiones non sensatas; quæ retentio, seu conseruatio, nō est distincta a phantasia, vt omnes ferè credunt; sed eiusdemmet facultatis, quod ex hoc desumi potest. Nam si uirtus aliqua non conseruaret has intentiones, animal non fugeret nociua, nec quæreret sibi utilia, ea enim, quorum obliuiscimur,

Quæ sit cā finalis phātasię i brutis, & in hominibus.

Quare data sit a natura phantasia.

Quid sit phātasiatio

Reiiciūtur oēs illi, q quinq; sensus posuerūt interiores.

mur, non quærimus, nec diligimus. Vnde, si in memoria ouis non conseruaretur intentio inimicitiæ lupi, quã lupum videret, non aufugeret; & si in memoria canis non seruaretur intentio beneuolentiæ, uel beneficii accepti a domino suo, cum dominum videret, cauda non applauderet; nec domum custodiret: ex quo patet, quam necessaria sit in animali specierum conseruatio. Taceant igitur supradicti, & simul etiam S. Thomas, & Auer. qui quatuor sensus internos posuerunt. sunt enim tantum duo, & ab eademmet facultate quæ phantasia vocatur, ab eademmet a qua eliciuntur species non sensatę, ab eademmet conseruantur. & consequenter memoriam non esse ponendam tanquam facultatem distinctam a phantasia (sicut tenet etiam Toletus in prima sua cõclusione, quod sensus interiores sint tres, sensus communis, æstimatio, seu imaginatio, & memoria) probatur manifestè. Etenim cum phantasia eas intentiones, ac simulacra eliciat, elicitas verò recipiat; cumque finis receptionis nihil aliud sit, quàm retentio, & conseruatio: sequitur igitur, quod in eademmet virtute vbi fit receptio, ibidemque fiat conseruatio. Vnde ratione vnius operationis dicitur phantasia, ratione alterius memoria. Quare quæso Aristo. cum profiteatur de omnibus animæ sensitiuæ facultatibus, secundo de anima sermonem facere, de duabus ijs solum expresse meminit, nempe sensu communi, & phantasia? nisi quia per phantasiam quandoque intelligit imaginationem, quandoque memoriam. Vnde non sunt multiplicanda entia absque necessitate; sed Aristo. satisfacere debemus. Immò eademmet phantasia, si nobiliores operationes exequatur, cogitatiua aliquando appellata fuit. Non diuidant ergo expositores amplius caput in multas partes: quoniam in errore sunt, si credunt interiores sensus, loco esse distinctos, ac diuersas cerebri partes occupare. nec discordant etiam inter se de istis locis, & quisnam sit vnius, & quisnam alterius: & quæ potentia prior, & quę posterior. Etenim, cum munus sensus communis sit

Reijciũtur S. Tho. & Aue. q quatuor sensus iternos po nunt similiter Toletus q tres posuit.

Confirmatio ueritatis per processum Ari.

recipere

recipere species sensatas, tum propriorum, tum communium sensibilium: nec necessarium sit ponere aliam virtutem à sensu communi diuersam, quæ illas conseruet. & ratio est, quoniam cum finis receptionis sit retentio, & conseruatio: sequitur igitur, quod in eademmet potentia, vbi recipiuntur species, ibidem quoque habeant retineri, ac conseruari. nec credant hic fieri receptionem alicuius rei materialis indigētis locum materialem, sed specierum spiritualium. cuius rei signum est, quod in causanda quacunque cognitione sensuum exteriorum, opus fuit species deferri per medium. Et ideò, cum sint species, non est, quod respiciamus locum esse humidum, vel siccū pro specierum sensatarum conseruatione. Non ergo Arabes quàm plurimi Aristoteli & etiam Grçcis medicis contrariantes benè fecerūt interiores facultates sedibus disiungere. Nonne medici læsa memoria, toti cerebro remedia adhibent, & non occipiti? ergo non est propria sedes. Et si læditur aliqua facultas, eiusque actio impeditur alijs constantibus, & integris; hoc non prouenit ab animæ essentia, quod habeat diuersa loca: sed a varia corporis, & instrumētorum constōne ac formatione. Nā multos videmus ingenio, & cogitatione præstare, quib. infirma ē memoria, alios memoria præstare, & non iudicio. Et hæc de numero sensuum interiorum, iuxta mentem Aristo. Tacuit Aristo. organum, cum cor: secundum suam opinionem sit suprema, & principalis sedes. Quærere postea, vt facit Toletus hoc in loca, An in parte sensitiua sit aliquid rationis, est verba Aristo. clara ponere in dubium; cum iam dixerit superius, nihil brutis persuaderi, quia ratione carent; deinde est vana, & inutilis quæstio, cum sit contra definitionem animalium. nam animalia, quæ habent vegetatiuam, & sensitiuam tantum, dicuntur irrationalia. quare ergo quærere quod est præter naturam rei? Præterea per verbum vnum Aristo. dictum in hoc Cap. de formicis & Apibus, pro exemplo quærere, An formicæ, & Apes habeant imaginationem, est proprios limites suæ inten-

Error arabum ponétium sedes interiorū facultatū.

Quare Arist. tacuit organum phantasiæ.

Reiicitur Toletus.

intentionis tranſcendere; hic non eſt locus de animalibus, ſed de anima. ideo ſuo loco relinquantur hæ, & ſimiles quæſtiones dilucidandæ. Multa enim ſoluuntur per diſtinctionem, quam ſuperius fecimus de phantaſia perfecta, & imperfecta. ideò ad illam, quando opus eſt, recurratur. Et hæc dicta ſufficiant de quinque ſenſibus exterioribus, & de duobus interioribus; & denique de modo procedendi Ariſt. circa ſecundum librum: vnde per meam dilucidationem quiſque poteſt videre mirabile artificium, & ſeriem verborum continuam, & expoſitionem rerum ab ipſa natura extractam, & quantum fuerit alienus Toletus vltimus expoſitor cum alijs ab intentione Ariſt. quiſque facilè per meum lumen videre poterit. Multis in locis verba Ariſt. cum ſint clara, rectè exponunt; ſed ad quid dicta ſint, & ea connectere, & quo artificio poſita, atque qua neceſsitate dicantur ignorant; ideò omnes optimos expoſitores in rebus bene intellectis inſequimur, in malis renuntiamus, ipſos damnantes, & rationibus redarguentes & hæc ſatis. Veniamus ad tertium de Anima.

Finis ſecũdi libri oſtẽdens defectũ expoſitorum.

Nouum Veritatis Lumen, In Tertium Aristo. Librum de Anima.

Caput primum.

Q VID tractare intendat in hoc tertio libro proponit. deinde cum idemmet intellectus sit sibi obiectum, prius de intellectu tanquam nobis notiori, quàm obiectum. cumq; talis sit possibilis, & agens eadem ratione prius aggreditur naturam possibilis, ex principijs per se cognitis, scilicet per comparationem, similitudinem, & dissimilitudinem ipsius cum sensu. Vnde, cum ex conuenientijs quibusdam delineauerit intellectum possibilem: deinde a natura rei distinguit ipsum ab ipso sensu per sensorium, obiectnm, & deniq; per operationem intrinsecam, & extrinsecam, & tandem, vt eius natura totaliter cognoscatur, cum dixerit esse quoddam pati, & seipsum intelligere resoluit hæc dubia, ostendens

ostendens quomodo dicatur, pati, & seipsum intelligere. Vbi in fine resoluitur etiam, An intellectus secundum se sit pura potentia.

CVm scientia sit vnius generis subiecti, partes principia, & passiones considerans, & cum iam Aristo. de partibus imperfectioribus vt nobis magis notis. s. de vegetatiua, & sensitiua anima satis, sufficienterq; loquutus fuerit, tempus erat, vt de alia parte generis subiecti loqueretur, scilicet de anima rationali. Et cum in hac parte reperiatur actiuum, & passiuum, ratione quorum dicitur modo possibilis, modo agens, ut a notiori, atque vniuersaliori more suo procedat, atque incipiat cum materia semper præcedat formam, non nobilitate, sed cognitione in reb. disponendis, & tractandis: ideò ab intellectu possibili capit sermonem, & in tex. 1. quid tractare in tertio hoc libro intendat, proponit. Dicens, quod cum habeat tractare de parte animæ, qua ipsa anima cognoscit, & sapit, siue hęc pars sit separabilis, siue inseparabilis, secundum magnitudinem an secundum definitionem, considerãdum est primo, quomodo differat, deinde quomodo fiat ipsum intelligere. Per partem intelligit, vt diximus, animam rationalem, quia est pars generis subiecti horum librorum. Nam cum diuidatur ipsa anima in vegetatiuã sensitiuã, & rationalem, de primis duabus iam ad plenum tractauit: restat de tertia habere sermonem. Cui meæ opinioni assentit Philoponus dicens, quod rationalis anima est species animæ. Præterea ex progressu Aristo. declarato, hoc manifestum fit, quoniam si definitio generica ab ipso data comprehendit omnes species, & partes, & quod de duobus tractauit, reliquum erat de ultima specie, scilicet rationali, & de

Continuatio necessaria, & methodistica cum pręcedentibus.

Tex. 1.

Qđ Arist. per [partẽ] intelligat animam rationalẽ probatur per suum progressũ.

de vltima parte pertractare. Vnde non bene Franciscus Toletus tenet cum Simpl. Them. & S. Thoma atque alijs. Per partem debere intelligi facultatem, & potẽtiam, quæ dr̃ intellectus possibilis. nam per hãc intelligit, & sapit anima. quoniam pars hoc in loco denotat essentiam, & non potentiam. cum genus subiectum diuidatur in species, & non in potentias, atque facultates. Nec quia tractat de intellectu possibili, dixit. *De parte autem animæ,* quia tractat primo de intellectu possibili, vt a notioribus nobis incipiat, vt diximus, & rationabile erat, cum in tertio libro tractaret de intellectu agente, & possibili eiusdem naturæ, quoad essentiam, quod per aliquod vocabulum commune vtrique explicaret intentionem totius libri. cum ergo per partem possumus æque bene includere, & intelligere vtrumque, cum verè anima rationalis sit pars generis subiecti, ergo per partem ipsam animam rationalem intelligere debemus. & per ipsam intelligere tam possibilem, quàm agentem intellectum. Dixit igitur de parte, respectu generis subiecti; dixit qua sapit, & intelligit, respectu aliarum animarum, quæ neque sapiunt, neque intelligunt. Remaneant ergo confusi, qui alio modo initium sumunt in hoc tertio, & exponunt hunc textum, & præcipuè Auer. qui partẽ intelligit spẽm, s. cogitatiuã, q p cogitatinã nõn sapimus, quamuis particulariter discurramus, & cognoscamus. Præterea per cognoscere Aristo. intelligit cognitionem factam cum discursu: per sapere cognitionem sine discursu, & quoniam anima rationalis potest, & discurrere cum sit in corpore, & nõ discurrere, ideò dixit, qua cognoscit, & sapit. & quoniam, vt in pluribus, & primò, atque principaliter vergit ad discursum: ideo primò posuit cognoscit, quàm sapit. Reijciatur ergo simplicius, qui dixit, quod per cognoscere, intelligit in vniuersali communem cognitionem, vt postea restringatur per sapere cognitionem intellectus. Similiter Philoponus, & Themist. qui per cognoscere speculationem, per sapit, practicam intellectionem. & denique S. Thom. cum Toleto,

Error Tol. Simp. The. S. Tho. & aliorum.

Põderatio uerborum

Reiicitur Aue.

Reiicitur Simp. Phi. Sã. Tho. & Tole. circa expo. ly[co]gnoscere.

Toleto, qui per cognoscit, apprehensionem intellectus, per sapit iudicium; dico non, vt ait Toletus, quod omnes istæ expositiones sunt bonæ, sed omnes in aliqua parte, & etiam in toto falsæ. quoniam Arist. intentio est tractare de anima rationali, prout est in corpore; & anima rationalis in corpore cũ ratione discurrit, dicitur cognoscere; quia cognitio fit per causam, cum intellectu intelligit. & non discurrit, dicitur sapere, quia sapientia est propria ipsius intellectus, & non rationis. Dixit Arist. *Siue hæc pars sit separabilis, siue inseparabilis, secundum magnitudinem, an secundum rationem, & definitionem*, idest cum de Anima rationali, siue sit separabilis, secundum magnitudinem, an ratione oporteat tractare, considerare primò opus est, quomodo pars i stat ã quam essentia, & non facultas differat ab alijs animabus, quod demonstrabit per potentias, cum potentiæ sint notiores essentijs, & necessario potentia insequatur essentiam.

Præterea videndum est, quæ sint ipsius intellectus differentiæ, quibus diuiditur, ut ait Simplicius. quoniam Aristo. ponit differentiam, vt videbimus inter possibilem, & agentem, & sic per *differentiam*, hæc duo intelligere debemus. Vnde sicut Auer. Themist. Philop. S. Tho. & alij, qui tantum vnam differentiam posuerunt, respectu potentiarum, fuerunt diminuti: ita Simpl. qui ratione tantum ipsius intellectus, ipsam posuit, relinquendo primam, in eũdem defectum cecidit. Secundo proponit, quomodo fiat ipsum intelligere. dixit, *siue separabilis, siue inseparabilis*, loquens disiunctiuè, & indeterminatè. quia vult incipere proponere quid considerare debeat. vnde non opus est in rebus proponendis distinctè loqui, cum adhuc dubię sint. Simplicius igitur, & Philop. qui dixerunt Aristo. proponere quæstionem, an sit separabilis secũdum magnitudinẽ, an tantum ratione, sunt in errore: quia hoc non facit ad cognitionem ipsius animæ rationalis, sed ad cognitionẽ illius sufficit differentia ab alijs animabus, & cognoscere operationem suam. quibus cognitis, statim scitur, si est separa-

Reijciũtur Au. The. Philop. S. Th. & alii tanquàm diminuti.

Error Simpl. & Io. Gr.

O para-

Acceptatur opinio Th. Au. S. Th. & aliorum.

parabilis, vel inseparabilis. Vnde melius Themistius quę sequitur Auerr. Thomas, & alij, qui dicunt non proponi talis quæstio tractanda; sed positam fuisse ad explicationẽ intẽtionis suæ, ut ex ipsa inferre possit, iam dicta duo proposita perquirenda. & hæc satis, quoad expositionem, & dilucidationem primi tex. sequamur reliqua. Cum in alijs libris processerit Arist. ab obiecto in operationem, & ab operatione in essentiam: quoniam prius egit de nutrimento, quàm de vegetatiua: ac de sensitiua agens, prius egit de sensibili, quàm de sensitiua anima: hic in tertio libro, quia vidit, quod idemmet intellectus erat sibi obiectum, prius egit de intellectu tanquã nobis notiori, quàm obiectum ipsum. Est autem in disciplinis ordo valde conueniens incognita per nota, & minus nota per notiora, quantum fieri potest, declarare. Ideò, ut diximus, uolens tractare de intellectu, prius egit tanquàm notiori de possibili, nam ut Auerr. inquit, & Simplicius incepit notificari substantiam uirtutis passiue cum hoc sit necesse in doctrina est enim peior quod nos, facilior & proprior nobis notissima, & sic ascendẽs ad intellectum agentẽ proprium, & homini intrinsecum, ex quo, & intellectu possibili fit intellectus in habitu, ab alijs dictus actu. & quoniã secundum rectum ordinem ipsius naturæ, non mouetur anima, secundum locum, nisi prius habeat voluntatem, & appetitum mouendi. & cum omnis appetitus, & volũtas à sensu, & intellectu proueniant: ideo prius de intellectu, & deinde de motrice anima secũdum locum verba facit. & hic est ordo totius huius libri. incipiens igitur post duo sua proposita agere de intellectu possibili, & exequi quod proposuit, cum ex principijs per se cognitis venimus ad scientiam conclusionis, & ex corporalibus exemplis manuducimur ad intelligendum spiritualia, inuenit modũ conuenientissimum naturam intellectus declarandi per comparaionem ad sensum: quia iam ex supra determinatis præsupponitur cognitus, partim quidem secundum similitudinem, partim verò secundum dissimilitudinem.

Quare prius egit de intellectu possibile Arist.

Demõstratur ordo tertiũ libri

In quibusdam enim conueniunt, in quibusdam differunt ut videbimus. Incipientes igitur ex similitudine intellectus, cum sensu, explicabimus naturam intellectus possibilis. Nam si intelligere, ut ait tex. 2. est uelut sentire, cum sentire sit quoddam pati, ergo intelligere erit quoddam pati, aut quid simile, dixit, *quid simile*, quoniam patitur alio modo intellectus, quàm sensus, vt videbimus. Quod si intelligere est quoddam pati, ergo ut ait Tex. 3. intellectus vacans passione, erit susceptiuus omnium formarum, & specierum intelligibilium. & potentia huiusmodi. sed nõ hoc, idest erit potentia susceptiuus, & non actu. quia si haberet idæas, & species actu, tunc non excitaretur ab ipsis mouente phantasmate, & nõ reciperet actum intelligibilem. Vnde similiter se habet intellectus ad intelligibilia, sicut sensus ad sensibilia. sensus enim, quæ sentit, non habet in se actu, ut visus non est coloratus; ita nec intellectus possibilis habet ea, quæ intelligit. quoniã ideæ, quæ sunt in anima, inhabiles sunt, & potentia intelligibiles. Vnde respectu huius conuenientiæ, quoad passionem, & receptionem, Laudamus opinionem Anaxagoræ, qui, vt ait Text. quarto, dicebat, quod si intellectus est in potentia ad intelligendum omnia, quod necessario debet esse immixtus, si cognoscere, & percipere debet: quoniam si esset mixtus, non esset denudatus ab intelligibilibus. & sic ea cognoscere, nec recipere posset. quoniam omne receptiuum alicuius est denudatum, & priuatum illo, ut oculus est receptiuus coloris, ergo oportet esse priuatum colore. Nam intus apparens prohibet externum. Cum ergo intellectus possibilis sit in potentia ad intelligendum omnia, erit, ut diximus, immixtus. Vnde in hoc tex. nulla cognoscitur differentia sensus ab intellectu, sicut dicit Toletus, quoad perceptionem, cum sensus limitatè, & intellectus omnia vniuersaliter percipiat. hanc autem differentiam ponit Tex. 8. quã do dicit, quod intellectus, quia omnia intelligit, seipsum cognoscit. quod sensus, quia omnia sensibilia percipere

Per similitudinem sensus cũ intellectu explicatur natura intellectu s possibilis.

Text. 2.

Text. 3.

Laudatur Anaxag.

Text. 4.

Reiicitur Toletus.

non potest, ideò non potest seipsum sentire. ad quid his idem absque ulla necessitate repetere. Praeterea ad quid ponere differentiam; antequam ex ipsa conuenientia aliquid circa intellectum concludat? Semper enim bonus scientificus ex reru conuenientijs elicit, & infert aliquod sicut etiam facit hic Arist. in sequenti Tex. 5. Nam ex con-

Text. 5. uenientijs supradictis incipit delineare intellectum possibilem dicens. Quare intellectus potentia intelligibilis, nulla alia natura est, nisi quod vocatur intellectus possibilis. dico autem intellectum, quo intelligit, & existimat anima, idest, dico animam rationalem potentia intelligibilem, nihil esse actu eorum, quae sunt, idest idaearum ante intelligere, idest antequam per virtutem actiuam fiat actu intelligens, & perfecta.

Quo dicatur intellectum esse potentiam ab Arist. Notandum, quod quando dicit philosophus, intellectum esse potentiam, quod non debemus intelligere esse materiam, & non formam; sed est intelligendum, quod iste intellectus non sit aliqua species intelligibilis in se, nec aliqua forma quam cognoscit actu, quamuis ipse sit forma incorruptibilis, quae forma, ut diximus, in abbreuiatione Animae rationalis, habet in se materiam. sed quia illa materia superabundatur, & absorbetur a forma ideò incorruptibilis, & aeterna: & cum denominatio fiat a superabundanti, & nobiliori, ideo dicitur intellectus, & anima rationalis tantum forma: & sic nihil aliud est possibilis intellectus, nisi quando vis illa rationalis priuata est omnium intelligibilium, appellatur possibilis intellectus, cum inhabiles sint illae ideae, quae in anima reperiuntur. nisi per potentiam postea actiuam, & per virtutem agentis intellectus ipsae ideae potentia cognoscibiles, fiant actu cognoscibiles. & tunc vis illa rationalis, cum facit hoc, dicitur intellectus agens, & quando Auer. dicit intellectum possibi-

Saluat dictum Aue. lem esse corruptibilem ratione operationis. Respondendum quod considerat vim rationalem in eo, quod habet respectum ad sensibilia: quoniam adhuc discurrit particulariter, componit, & diuidit per potentiam cogitatiuam

uam. quæ dicitur esse corruptibilis, quæ corruptio non est, ratione essentię, sed formaliter, quando non operatur. sed quando non comparatur ad sensibilia dicitur incorruptibilis: ideò benè tex. 4. huius tertij dicit. In anima rationali duas esse partes, & vtranque esse incorruptibilem. quoniã eadem vis rationalis, cum est potentia suscipiẽdi formas, dicitur possibilis; cum suscipit agens. Ex quo patet error Arabum, Auempace, & Abubacher credentium possibilem intellectum, nihil aliud esse, quàm ipsam imaginatiuam phantasmatibus plenam, ab agente intellectu illustratis. quoniam Aristo. determinat, nec esse formam materialem, nec vllam formam naturalem habere, sed solũ potẽtia hæc, modo si possibilis esset hæc imaginatio phantasmatibus plena, tunc intellectus possibilis esset ipsemet formæ materiales; quia licet sint illustratæ, non tamen sunt substractæ. Ex quo manifestum esse potest, quàm rectè senserint ij, qui dicunt intellectum possibilem eiusdẽ essentiæ esse cum intellectu agente. Et quoniam diximus, quòd intellectus possibilis appellatur anima rationalis, quando potentia est omnia intelligibilia: & quoniam etiam materia prima appellatur possibilis, oportet videre differentiam inter ipsam, & intellectum possibilẽ. in hoc enim differunt, quoniam prima materia perfectibilis est per formam particularem, quæ essentia distinguitur ab ipsa, & intellectus per formam, quæ non distinguitur essentia ab ipsa: quoniam perficitur a virtute agente, quæ non distinguitur essentia. Præterea materia recipit particulare, intellectus vniuersale. Amplius receptum materia non cognoscit, intellectus ipsum cognoscit. Item materia non potest habere simul, & semel plusquam vnam formam: intellectus autem potest habere omnes. Etiam materia natura est inferior formis, quas recipit, & ab eis ponitur in actu: natura autem intellectus possibilis est forma superior speciebus receptibilibus, & quæ tantum operatur in faciendo illas intelligibiles, quantum illæ in faciendo ipsum intelligere. quia vtrumq; horum fit ab altero,

Error Auẽ. & Abubacher circa intellectum possibilem.

Differẽtia intellectus possibilis a materia prima.

Prima differentia.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

tero, cum nexu ipsius intellectus agentis. Vnde cum intellectus sit superior, secundum naturam, illis formis, nō est natus ad intelligendum eas successiue, & non impeditur ad plures simul recipiendas. ac vt vno verbo dicam, Quoniam materia est sub tempore, & cum quantitate, & extensione, necessario patitur successionem, mutationem, & statum illum, quem videmus formarum quoniam illæ de se non habent talem quantitatem. intellectus autem nō est sub tempore, non extensus, & recipit formas, vt sunt, non in materia: ideò est in potentia ad omnes simul, si omnes illæ repræsententur, vt non ad hanc, & illam successiue, nisi quātum hæc successio illi euenit propter sensum, & phantasiam. & hæc potentia eius est essentia, & vnitas sua, ideò vnitas sua est vniuersalis, & complicatiua omnium unitatum totius intelligibilis obiecti. & sic non propter aliam causam dicitur intellectus possibilis potentia, nisi quod natura intellectus est uniuersalis ad omnes species intelligibiles, sicut materia ad omnes materiales. Ideò Auer. ait, Hęc est intellectus materialis definitio, est potentia ad omnes conceptus formarum materialium vniuersalium, & non est aliquid entium actu, antequam intelligat ipsum. Quod autem talis potentia detur in anima rationali, per quam dicitur intellectus possibilis, duobus fundamentis à The. adductis probatur. Primum, quia cum intellectus non semper actu intelligat, & agat, ergo ad actum aliquando transit. prius igitur erat in potentia, ergo possibilis erat. Secundo, quia iam informatus discurrit, modo discurrens est in potētia a præmissis ad conclusionem, & sic anima rationalis quandoque potentia est, quandoque actu, quandoq; agit, quandoque patitur. agit enim, quando actu intelligibilia phantasmata reddit. patitur, quando ab eisdem mouetur. similem rationē ponit Auer. dicens, omnis virtus quandoq; actu, quandoque potentia est passiua, intellectus est quando actu, quando potentia, ergo intellectus virtus passiua. Alias duas rationes ponit, Prima. omnis virtus, quæ mouetur ab eo cui attri-

Sexta.

Aue. definit intellectū materialem.

probat p The. quod in aīa rōnali detur potētia p quā dicatur intellectus possibilis. primū fundamentū.

attribuitur,est passiua. sed intellectus mouetur a phantasmate cui attribuitur,ergo virtus passiua. Secunda.omnis virtus egens aliquo extra se est passiua; sed rationalis virtus eget aliquo extrinseco, scilicet intentionibus imaginatis,ergo intellectus est uirtus passiua. Alex.verò ait.omnis virtus quæ est omnia,susceptiue,virtus est passiua,sed intellectus est omnia susceptiue, ergo intellectus est uirtus passiua. Postquam cum Aristo. delineauimus naturam intellectus possibilis per conuenientiam ipsius cum sensu, nunc incipiemus ipsum ab ipso sensu distinguere, & à natura rei procedemus.quoniam natura sensus comprehenditur in sensorio,obiecto,& medio; relicto medio non indigente in intellectione probabimus primò, quod differt quoad sensorium a sensu,dicẽtes,vt ait tex.6.quod non est mixtus cum corpore,quia si esset mixtus, vel esset elementum,vel compositum ex elemẽtis,uel aliqua qualitas sensibilis,fieret vtiq; calidus,vel frigidus,& esset affixus alicui organo corporeo,sicut sensus, *nunc autem nullum est*,idest nulli organo est affixus, quia omnis potentia affixa organo corporeo, cognoscit solum vnum genus entium, vt visus visibile: sed intellectus non solum cognoscit vnum genus entium, sed omnia genera entium, ergo non est affixus organo. Vnde anima rationalis est in toto corpore, sicut forma in sua propria materia. & sic intellectus est potentia solius animæ; aliæ vero potentiæ vegetatiuæ, & sensitiuæ, non sunt solius animæ, sed totius animati, quia,cum sint affixæ organis, sunt subiectiuæ in organis corporeis; vt visus in pupilla; & hoc semper intelligendum est formaliter. quoniam si debent operari, necessario indigent determinatis organis. & sic subiectiuæ sunt in propriis organis, vbi operantur. Vnde cum ita sit, vt diximus, quod intellectus est immixtus, & nulli organo affixus, bene dixerunt illi,qui dixerunt animam esse locum specierum, non totam animam; sed intellectiuam, neque animam actu, sed potentia;quoniam,sicut locus continet locatum,sic anima,

Declarat natura intellectus possibilis p differẽtiã ab ipso sensu.

Tex.6. Differentia sẽsus, & intellectus quo ad sẽsoriũ.

quia est immixta,& nulli organo affixa continet idæas rerum progressas, quas dum creata fuit, habuit. quæ ideæ conseruantur in anima intellectiua,& non in alijs potentijs. quia sunt aliæ potentiæ, vt diximus, affixæ organis, nec suscipiunt species, nisi simul cũ corpore. Vnde quando Toletus dicit, quod in tex. isto infert intellectum esse immixtum, idest non vti corpore,vt instrumento, vel organo,dico,quod bene elicitur,quod intellectus sit immixtus,& non vtens corpore. sed quare, & ad quid hoc dicit, tacet ipse Toletus cum alijs; & nos iam demonstrauimus. Similiter in Text. 7. non notant isti aliam differentiam intellectus,& sensus,quoad obiectum. quoniam excellens obiectum corrumpit potentiam; dicit, quod hæc differẽtia impassibilitatis, sit manifesta ex sensorijs,& sensu. quia excellens sensibile, quod est obiectum, corrumpit organum, cui affixa est potentia. Dicit igitur, quod impassibilitas sensitiui,& intellectiui non sit similis, manifestum est ex sensorijs, & sensu. Nam sensus cum sit in potentia,& denudatus ab omni sensibili, non potest ex vehementi sensibili sentire. nam excellens sensibile corrumpit sensum,vt lux solis, si per aliquod tempus directo intuitu aspiciatur,excæcat hominem, & corrumpit pupillam: non tamen excellens intelligibile,vt cœlum,vel intelligentia,si intelligantur,non corrumpunt intellectum. & huius ratio est,quia sensus non sine corpore est.i.est affixus organo, & excellens sensibile alterat organum. quo alterato, vel debilitatur, vel destruitur. intellectus verò separabilis est,i.non est affixus organo. & ideò excellens intelligibile, non potest alterare,nec debilitare,nec corrumpere intellectũ;immò perficit ipsum,& reddit potentiorem ad intelligẽdum.s.n.intelligo magis difficile,postea sum magis dispositus ad intelligendũ minus difficile. Postquam demonstrauimus differentias intellectus ab ipso sensu,quoad sensoriũ, & obiectum;nunc oñdemus ipsam,quoad operationẽ,cum Ari.O cœci, & tardi ad intelligendum intentionem Arist.& naturam rerum. Ad quid

Reiicitur Tolet. ut diminutus

Text. 7. Differẽtia intellectus & sensus quo ad obiectum.

Reprehensio expositorũ facta. Reiicitur Toletus.

quæso ò bone Tolete,& vos expositores loqui de intellectu in habitu, antequam natura intellectus possibilis cognita sit? Quare de ipso sermonē facere, cum adhuc non probauerit dari intellectum agentem? esset.n.inter manifesta,& demōstrata rem dubiam,& incertam nunc proponere. quæ confusio Aristo.esset, si tex. superiori loquutus fuisset de differentia sensus,& intellectus: & quod in hoc text. statim loqueretur de intellectu in habitu, nondum quoad si est, cognito. & deinde Tex.9.iterum ponere aliā differentiam sensus,& intellectus; talis non est ordo, sed confusio, ideò,qui non intelligit corticem, & quod sub cortice est, ambulat in tenebris. nam qui non intelligit literam, & eius sensum,nescit quomodo debeat grauissimorum authorum sententias exponere. & hinc pendet opinionum multitudo, & veritatis occultatio. Cum igitur operatio sit intrinseca,& extrinseca,Text.8. ponit differentiam intellectus a sensu,quoad operationem intrinsecam. & est, quod quando intellectus possibilis factus est actu per seipsum operatur, & seipsum intelligit, quia omnia intelligibilia possidet.sensus autem cum non possit omnia sensibilia percipere, nec per seipsum operatur, nec potest seipsum sentire. Dicit igitur. *Cum autem intellectus sic singula factus est, vt sciens dicitur*,idest. Sed cum intellectus intellexerit omnia intelligibilia, factus est sciens, & dicitur esse sciens, & actu,quia antea erat in potentia. deinde sequitur, *hoc autem tum accidit, cum potest operari per seipsum*, idest tunc factus est in actu, & recepit omnia intelligibilia, quando potest operari per seipsum.

Text.8. Ponit differentiam sensus & intellectus quoad operationem intrinsecam.

Præterea ait. *Est quidem, & tunc potentia quodammodo: non tamen similiter, vt & erat antequam didicisset, aut inuenisset*, idest tunc, quando omnia intelligit, est etiam in potentia; & dicitur in habitu, sed non in potentia, vt antea erat antequam didicisset, aut inuenisset. sed dicitur in potentia respectu agentis extrinseci: quoniam quando ei coniungitur, dicitur verè in actu, quia secundum veritatem intelligit id, quod verè tantum intelligebat. dicitur

igitur

igitur quasi in potentia, respectu vero intellectionis. & in fine tex. dicit, *& ipse autem seipsum tūc potest intelligere*, idest, & cum operatur per seipsum per intelligibilia, quæ actu possidet, & quod est in potentia ad intellectum agentem extrinsecum: tunc potest seipsum intelligere: quia omnia intelligibilia possidet. Adiungatis minorem. sensus non potest omnia sensibilia percipere, ergo nec per seipsum operatur. nec seipsum sentire potest, ergo per hoc ab intellectu differt ratione, scilicet operationis. In tex. autem nono, & decimo ponit differentiam intellectus, & sensus, quoad operationem extrinsecam, & cognitionem rerum, dicens, quod aliud est res quæque, aliud esse eius: intellectus non agnoscit rem, sed esse eius. Dicit igitur per modum dubitationis. Cum autem aliud sit magnitudo, aliud magnitudinis esse, & aliud aqua, & aliud aquæ esse. idest, cum aliud sit materia corporis, & aliud forma corporis: & aliud materia carnis, & aliud forma carnis, *dico autem in multis, & non in omnibus, quoniam non vniuersis hic modus accommodatur, sed sunt in quibus hæc ipsa sunt eadem, & non diuersa*, vt in non habentibus materiam naturalem, & in simplicibus, quæ materia corruptibili carent, in istis quidditas rei, & res idem sunt. Dubium est an vna, & eadem anima, eodē que principio aliter, & aliter se habente, vtrunque intelligamus, scilicet carnem, & esse carnis: an diuerso, vno quidem ab altero separato, & abstracto. Caro enim non est sine materia, sed est sicut simum hoc in hoc: idest, quod dicit nasum, & subiectum. Respondet dubio Tex. 10. dicens, quod sensitiua parte: cognoscimus carnem quæ in mixtione calidi, & frigidi consistit. *alia verò esse carnis discernit, aut separabili*, idest alia parte aut separabili, idest diuersa esse carnis discernimus, scilicet parte intellectiua, quæ diuersa est, & separatur formaliter a sensitiua. dixit autem, *Parte*, quoniam sensitiua, & intellectiua sunt partes, scilicet potentiæ animæ rationalis, quia ab ipsa prodeunt. Et ponit exemplum de linea, quæ vna, & eadem aliquando recta, aliquando flexa est. hę enim non differunt in substantia,

Tex. 9. & x differentia intellectus & sensus quoad operationē extrinsecam.

Text. x.

tia, inquantum lineæ: sed inquantum vna est recta, & alia reflexa. ita de hac parte, qua carnem, & esse carnis discernimus, hæc pars non differt quoad substantiam, inquantū anima, quia vna, & eadem est: sed differt inquantum quod per potentiam sensitiuam discernit carnem, & per intellectiuam esse carnis. Ex hoc desumi potest, quomodo vna est essentia anima, scilicet rationalis plures habēs virtutes, & potentias, & quomodo sensitiua non realiter, & essentialiter, sed formaliter ab intellectiua distinguitur. Amplius quomodo considerat ipsam, prout est in corpore: quoniam vult, quod eadem anima aliter, & aliter se habente vtrunque intelligamus, scilicet carnem, & esse carnis. & quoniam Arist intendit docere distinctionem partis intellectiuæ, non solum a sensitiua, sed etiam ab imaginatione, ideo postquam loquutus est de rebus phisicis, loquitur de Mathematicis, dicens Tex. 11. Cum in mathematicis aliud sit res, & aliud esse rei. ut, aliud rectum, quia rectum dicit materiam, scilicet continuum; sicut simum. ut diximus apud phisicum dicit nasum, & subiectum, & aliud quid ditas recti, quæ dicit solū formam, scilicet qualitatem. nam duabus rectis clauditur, ideo dubium est, an alia, & alia parte, an vna aliter, & aliter se habente vtrunque posit discerni. In fine tex. conclusiuè vtrunque soluens, dicit. Omnino, ergo ut separabiles sunt res a materia, sic & quæ circa intellectum, idest omnino, ergo sic res, & esse rei separantur, sic se se habent ea quæ circa intellectum sunt. quoniam separantur quæ sensu, & imaginatione percipiuntur, ab eo, quod intelligitur. & sic intellectus diuersus est a sensu, quoad operationem extrinsecam, & rerum cognitionem.

Corrollaria quæ ex dictis eliciuntur.

Tex. 11.

Postquam conuenientiam & disconuenientiam, similitudinem, & dissimilitudinem sensus, & intellectus cum Arist. posuimus, vt melius, & omnino disiungantur abinuicem: quoniam superius diximus esse quoddam pati, & seipsum intelligere: dubium est, quomodo dicatur, ut ait Tex. 12. intellectus pati, & quomodo seipsum intelligat.

Dubi-

Tex. 11. Declarat quo dicat intellectus pati, & quo seipsum intelligat.

Dubitabit vtique aliquis, cum intellectus simplex sit, & impassibilis, nullamque materiam habens communem cum aliquo, ut dixit Anaxagoras, quomodo dici potest pati.

Quomodo igitur intelliget, si intelligere pati quoddã est? quod enim patitur ab alio, communem cnm eo materiam habet. Præterea dubium est, quomodo seipsum intelligat. Nam si intellectus a se intelligibilis est, ut ait tex. 13. vel quatenus intellectus, uel quatenus aliquid aliud. si quatenus intellectus, ergo omne intelligibile est intellectus. si quatenus aliquid quid, ergo iam intellectus non erit simplex, sed compositus ex eo, quod intellgit, & eo, ratione cuius intelligitur. Resoluentes dubium primum de passione, dicimus, an pati habeat aliquid commune. diuisum est prius, ut ait tex. 14. idest superius distinctum est. quoniam agens, & patiens habere aliquid commune certum est in passione corruptiua. Nam duplex est passio. quædam, quæ propriè competit rei materiali, & est illa, quando res ita afficitur, ut fiat corruptio illius rei, & altera generetur. alia vero passio est, quæ perfectior est, & dicitur salus. & hoc modo intelligimus intellectum possibilẽ pati, & esse potentia quodammodo intelligibilia, nõ quidem esse potentia, ista entia materialia, ut lapidem, quia possibilis non est ordinatus, ut ab istis perficiatur: sed intelligendo per intelligibilia ea quæ vere sunt intelligibilia, & ratione sui. quæ quidem sunt abstracta, & ideæ omnes. quare dico, quod intellectus patitur passione perfectiua: quia est in potenria omnia intelligibilia. & dat exemplum Arist. de tabula, dicens, quod intellectus est in potẽtia intelligibilis, sicut tabula, in qua nihil est actu scriptũ, sed tantum potest scribi. ita intellectus est in potentia intelligibilis, & perficitur postea cum actu intelligit. Vnde exemplum currit, quoad potentiam, & non quoad modũ deueniendi ad actum. Nam tabula nihil habet in se eius quod scribitur, sed intellectus, quamuis sit in potentia, tamen habet in se omnia intelligibilia, & omnes idæas potentia

Tex. 13.

Tex. 14. Duplex passio.

Declarat quo intellectus sit in potẽtia intelligibilis p exemplũ Tabulę, & declaratio eiusdẽ exẽpli.

tentia intelligibiles, quæ virtute intelle ʼus agentis fiunt postea actu intelligibiles, vt videbimus. Vnde, ut diximus, currit quoad potentiam: quoniam hic loquitur de passione, & de potentia intelligendi, & non de actu. Vnde quoad potentiam intellectus est sicut tabula non scripta: quoniam sicut illa est in potentia ad scriptilia, sic intellectus in potentia ad intelligibilia: quoad actum non est sicut tabula; quia tabula nihil eius quod scribitur in se habet, & intellectus habet omnes ideas progressas. Vnde bene dixerunt illi, intellectum esse tabulam, in qua sunt multa depicta, sed non apparent Et sic ex resolutione huius dubii patet differentia sensus, & intellectus, quod intellectus patitur vno modo, & sensus alio modo. ideo benè dixit in principio, esse quoddam pati. dixit, *quoddam*, quia non est verè pati. præterea dixit, *aut quid simile*, qm quod est simile, non est idem. Vnde pati intellectus est tale, sed non idem, quia est pati perfectiuũ, ut diximus. Quomodo intelligat seipsum, resoluimus, dicentes, ut ait Tex. 15. quod ipse est intelligibilis, sicut ipsa intelligibilia. Per intelligibilia autẽ intelligimus, ut superius diximus, ea, quæ verè sunt intelligibilia: quæ quidem sunt immaterialia, & abstracta. Cũ ergo intellectus noster sit intelligibilis, & verè intelligibilia sint immaterialia; ergo intelligit seipsum. quoniam in his quæ sunt sine materia, idẽ est, quod intelligit, & quod intelligitur, & idem est, quod scit, & quod scitur. Cur autem non semper se intelligat posterius, causa consideranda est, ut ait Tex. 16. dixit, *Posterius*, quoniam hic non est locus proprius, sed tantum hæc dixit, vt demonstraret differentiam intellectus a sensu. In ijs autem quæ materiam habent vnum, quodque intelligibilium potentia est. res enim sensibiles tantum cognoscuntur; sensus tantum est cognoscens, sed non cognitus a se. Vnde materialibus nõ inerit intellectus. nam *intellectus talium*; id est e numero illorum est, quæ sunt in potentia sine materia, scilicet immaterialis. & cum sit immaterialis, est simul intellectus, & intelligens. Vnde ex resolutione alterius dubij patet differentia

Resolutio quõ intellectus & sẽsus patiantur ex qua videtur differentia eorum.

Tex. 15.

Resolutio quo intellectus intelligat seipsum.

Tex. 16.

tentia intellectus a sensu, cum in sensu non sit idem sensus, & sensibile, sicut in intellectu idem intellectus, & intelligibile. Cum ergo per ea quæ diximus, intellectus intelligat verè intelligibilia, & immaterialia, atque seipsum, & in intelligendo non patiatur passione corruptiua, sed perfectiua, intelligatque non rem, sed esse rei, quod est proprium rei simplicis, & quod per seipsum operatur: quia omnia intelligibilia possidet, & quod ab excellenti intelligibili non alteratur non debilitatur, nec vi corrumpitur, quia nulli organo est affixus, nec cum corpore mixtus. quia non vnum genus entium cognoscit, sed omnia, & sit susceptiuus formarum, & in potentia ad intelligendum omnia, & diuersa potentia a naturali, & prima materia, & immixtus, sicut dicebat Anaxagoras, rectè possumus concludere cum Aristot. intellectum possibilem esse immortalem, cum hæc omnia conueniant; & competant rei simplici, impassibili, immixtæ, atque immortali. Per supradictas igitur conuenientias, & disconuenientias, similitudines, & dissimilitudines, atque dubiorum resolutiones, dicere poterimus, intellectum possibilem esse potentiam animæ rationalis, aptam natam intelligere omnia intelligibilia, carentem omni natura sensibili: nec alicui organo affixam, & per consequens immortalem.

Conclusio prædictorum.

Quid intellectus possibilis.

An intellectus secundum se sit pura potentia.

Et si quæratur, an intellectus secundum se sit pura potentia. dicendum, quod dicitur intellectus in potentia, & denudatus ab omni specie intelligibili, quando priuatus est omnium intelligibilium actu. & hoc est quando illæ ideæ quas habet anima in se reperiuntur inhabiles, & potentia cognoscibiles; quæ postea fiunt actu cognoscibiles per intellectum proprium agentem: ut lumen concurrentibus phantasmatibus, tanquam mouentibus & excitantibus ideas; & sic intellectus non est pura potentia. idest, quod nullam formam habeat. quia omnes species habet. & quando creatur anima, statim creatur cum omnibus ideis. sed dicitur in potentia, quia non sunt actu cognoscibiles illæ ideæ, nisi concurrat agens tanquam perficiens, & phan-

tasma tanquam mouens, & excitans illas idæas. nec propter hoc dicitur mixtus, quia sunt ideæ incorporeæ, & spirituales. verum est; quod est, denudatus ab omni re sensibili, & corporea. & quando dicitur, quod est priuatus speciebus intelligibilibus, si intelligere debet, verum est, quoad actum perfectum, non autem imperfectum, quia habet species intelligibiles, & idæas inhabiles potentia intelligibiles. quę inhabilitas est actus imperfectus, qui perficitur ab agente; & sic intelligitur regula Arist. Intus apparens, in actu perfecto prohibet externum; non autem verificatur in actu imperfecto, & inhabili, & similiter. Nihil recipit se cum actu est, scilicet perfecto, sed quando est in potentia, bene idest quando est in actu imperfecto; & ideò Auerr. 104. Secundi de Anima ait. Quod habet aliquid in actu, scilicet perfecto non potest dici recipere illud in actu, quatenus habet, scilicet nisi sit in actu imperfecto. Vnde qui dicunt simul cum Toleto, quod intellectus non patitur, nec speciem recipit, nisi a phantasmate, & naturis sensibilibus, errant. quoniam hęc in ipsum non agunt, tanquam recepta ab ipso, sed tanquam mouentia, & excitantia concurrunt. Nam ipsis mediantibus, reuertitur anima, & recurrit ad idæas, quas habet potentia intelligibiles, quæ postea virtute agentis fiūt actu intelligibiles. Vnde si Themistius, Simplicius, & Philoponus dixerunt intellectum in genere intelligibilis esse puram potentiam, dixerunt propter hoc, & benè: quoniā cum Deus sit primus in genere intelligibilium, & absolutus actus, & intellectus sit ens contractum, & contractum ab absoluto distet per infinitum, ergo erit pura potentia in genere intelligibilium, cum pura potētia distet per infinitum a puro actu: tamen respectu aliorum entium est ens, ideo postea dixerunt esse intellectum aliquid actu, quia est ens contractum, & non absolutum. qui intellectus habet omnes illas idæas, quæ sunt in Deo, sed in gradu imperfectiori: quoniam sunt contractæ, & in Deo absolutæ; & sic est pura potentia, & est actu. & hæc est expositio

Error Toleti, & aliorum.

Q̄uo The. Simpl. & Phil. dixerunt intellectum eē puram potentiam.

sitio vera. nec quæ imaginatus fuit Toletus de obiectis motiuis,& terminatiuis cum suis distinctionibus Et si insudarunt multi illustres philosophi in hac re, vt ait ipse, credo quod fuerunt obscuri,& non clari; & similiter quæ proponit ipse post longum studium, multamque meditationem,non sunt ad propositum quoniam non declarant naturam intellectus,qui vt contractus respectu Dei,est pura potentia in genere intelligibilis; respectu aliorum entium est aliquid actu. quia est ens in potentia habens in se omnes illas idæas,quas Deus habet,modo imperfectiori,& inhabili. Reijciuntur ergo omnes alij, qui alio modo exponunt Arist.circa potentiam ipsius intellectus, & qui alio modo credunt esse intellectum possibilem secundum Aristo.quia deuiant a veritate,& intentione sua.

Imaginatio Toleti.

Caput Secundum.

PER propositionem vniuersalem, notam, atque famosam, ostendit necessitatem intellectus agentis, & dari in anima rationali necessario agens, & patiens. Explicans per prædicata propria, & per differentias ab intellectu possibili eius naturam.

POSTQVAM loquuti fuerimus de intellectu possibili, aggrediemur tractare de intellectu agente cum Aristo. Nam cum in anima rationali sit agens, & patiens, sicut materia, & forma: & cum de intellectu materiali, & possibili, vt nobis notiori tractauerimus, remanet de intellectu agente. Vnde Toletus, qui dicit, quod postquam tractauit de intellectu possibili, & habitu, nunc de alijs tractat, & in errore: quoniam, vt iam diximus, non verba fecit de intellectu in habitu, cum talis intellectus non posit esse nisi per coniunctionem intellectus agentis cum possibili. sed si nondum de intellectu agente loquutus fuerat, nec necessitatem eius posuerat, quomodo poterat de ipso antea tractare? Et volentes probare necessitatem istius intellectus, ne quis crederet esse quoddam extrinsecum, & non de essentia ipsius animæ rationalis, proponemus cum Aristo. vniuersalissimam, & notam propositionem, atque veram in omnibus entibus præter Error Toleti.

P Deum.

Deum. Dicentes, vt ait Tex. 17. In omni natura sunt quædam, quorum alterum est materia. est autem quod est cuncta potentia; alterum quod est efficiens, necesse est in anima hæc eadem inesse. Ex his verbis nescio quomodo non erubescant illi, qui volunt defendere opinionem illorũ, qui dicunt, quod Aristo. loquitur de intellectu agente extrinseco. dicit Arist. quod in anima sunt istæ duæ differentiæ, virtutes, partes, ac potentiæ, agens, & patiens. & dicit, necesse est, idest quod necessario insunt, ergo si necessario in ipsa anima insunt, ergo per se, ergo non extra animam. Vnde Marinus græcus, testante Philop. Auempace in Epistola de Lucæ, & Auic. 9. met. cap. 4. & Caiet. Card. qui posuerunt intellectum agentem esse separatum, & esse Angelum. vel Colcodeam, vel substantiam inferiorem a Deo, fuerunt in errore: quoniam debet esse virtus nostra, cum operatio sit nostra, aliàs non intelligeremus nos, sed alius pro nobis. aut nos essemus solum virtus passiua, & receptiua, & non actiua, & operatiua nostrarum operationum, quod est absurdum, quia omnes res naturales efficiunt suas operationes, non verò eas solum patiuntur, quanto magis natura rationalis? Non nè dum volumus, intelligimus? ergo in nobis inest virtus. Quod postea nec Deus sit intellectus agens, per prædicata hoc manifestum est, quoniam de deo talia non possunt dici, cum ipse sit, & faciat omnia absolutè, & intelligat omnia non intelligibiliter; sed superintelligibiliter. nec dum actu est tantũ, sed sp, & absolutè. Præterea Auer. in Epistola de beatitudine dicit. Dixerunt philosophi, qđ intellectus agens intelligit primum, & oĩa secunda, & seipsum, & similiter q̃ non sunt actu intelligibilia; & reducet intelligibilia in potentĩa in actu intelligibilia, & q̃ sunt intelligibilia in seipsis sunt illa, q̃ sunt separata a corporibus, ergo non est Deus. Idem ponit in primo gradu causam primam, in secundo secundam, & in tertio intellectum agentem, ergo non est Deus. Præterea hic ponit necessitatem duarum actionũ in anima nostra, scilicet recipere intellectum, & facere ipsum,

[Margin: Tex. 17.]

[Margin: Error Marini græci, Auemp. Auic. & Caiet. Car. ponentium intellectum agentem eẽ separatum]

[Margin: Qđ Deus sit intellectus agens]

[Margin: Qđ Deus non sit intellectus agens.]

sum, quæ sunt secundum nostram voluntatem, ergo non est Deus. Non ne etiam idem Auer.com.3 t. 7. met. vult intellectum agentem solum esse abstractiuum formarum intelligibilium, sed Deus non est solum, ergo non intellectus agens. Quid Simplicius ibi. *Et hic intellectus separabilis* mouet quæstionem, an intellectus agens sit Deus. & respondet, quod sicut intellectus potentiæ differt a sensu: ita Deus ab intellectu agente. Quid Themistius Cap. 31. & 27. tertiò de Anima. non ne dicit, quod intellectus agens est pars, ac d̄ria animæ nostræ? ergo non Deus, præterea ꝙ intellectus agēs est immersus, & immixtus intellectui possibili, ergo nō est Deus; amplius Ari. dicit separatus est solū, quod verè est, & hoc solū immortale, & perpetuū; ly solum non est absolutum. qm̄ omne perpetuum esset intellectus agens: quod est falsum. ergo relatiuè ad nos. ergo solum rerum, quæ sunt in nobis intellectus agens est æternus. ergo quid piam nostri. ergo non Deus. Quid plura? Deus nihil agit extra se, sed sua substantia est eius actio. intellectus agit extra se, quoniam facit de potentia intelligibilibus actu intellecta. ergo non Deus. Et etiam qui dicunt propositionem non esse vniuersaliter veram male intelligunt Arist. & nesciunt philosophari. nam vniuersaliter est uera, quod in omni natura præter primum, est agens, & patiens, scilicet materia, & forma, in materialib. materia, & forma materialis, in immaterialibus materia, & forma intelligibilis, vt suo loco demonstramus. Vnde per naturam non vocat genus quodcunque eorum, quæ principium habet transmutationis alicuius: qualia sunt omnia effecta, in quibus, & materia, & efficiens danda sunt, vt ait Toletus: sed per naturam omne genus entium siue simplex, siue compositum, siue decompositum. Cum ergo in anima datur materia, ergo patiens; datur forma. ergo Agens. ergo agens non separatum, cum eadem anima; respectu formæ possit agere, respectu materiæ pati. Data propositione suprascripta, pro vna maxima concludit in anima rationali esse agens, & patiens, dicēs Tex. 18.

Idem cōprobatur p Simpl. & Them.

Alia cōfirmatio per Arist.

Alia ratio idē probās

Reiiciunt qui negāt non dari i oī natura præter primū agens, & patiens.

Reiicitur Toletus.

Tex. 18.

Et est quidam talis intellectus, qui omnia fit, scilicet possibilis, quidam verò, qui omnia facit, scilicet agens, vt habitus quidam, & dat exemplum de lumine, & coloribus. Vnde breui sermone probat Arist. necessitatem intellectus agentis. Nam cum anima sit potentia intelligibilis, quando vocatur intellectus possibilis, cum factus est talis intellectus in habitu, seu a præceptoribus, seu per inuentionem, necessario ab aliquo agente factus est. sed tale agens non potest esse phantasma, quia cum sit singulare, singulariter solum agit, non autem vniuersaliter. Neque in eo, quod est potentia, quia, vt sic recipit, & non agit, ergo necessario anima rationalis potentia intelligibilis per virtutem actiuam, quàm habet, fit actu intelligibilis. Quod agens, & patiens a Simpl. dicitur metaphoricum. nam sicut motus reperitur in anima metaphoricè, quia nec vera actio, nec vera receptio in ea reperitur: sic etiam metaphoricè reperietur agens, & patiens. & non erit verum agens, nec verum patiens, idest quemadmodum in inferioribus quod scilicet requirat alterationem corruptiuã, sed in anima hæc tendunt ad perfectionem, & similiter in rebus incorporeis, simplicibus, & æternis semper materia tendit ad esse, & non ad non esse, quia satiatur a forma, & fit tota vnita, & formata & ideò, quia non agunt hoc modo: ideò dicuntur metaphoricæ: quamuis eadem materia sit. sed cum maiori quantitate formæ, ideo dicitur metaphisica. Sanctus Thomas verò uolens ostendere necessitatem istius intellectus agentis, dicit anima, cum nõ habeat aliquam de naturis sensibilibus, quas intelligere possit: sed sit in potentia, ad omnia, dicitur intellectus possibilis; sicut sensus secundum quod est in potentia, potest uocari sensus possibilis. & quia sensus reducitur in actum per sensibilia actu, quæ sunt extra animam: ideò non est necesse ponere sensum agentem. & similiter si vniuersalia, quę sunt intelligibilia actu per se subsisterent extra animam, non necesse esset intellectus agens. sed quia non subsistũt, nisi in sensibilibus, q̃ non sunt intelligibilia

actu,

Probatur necessitas intellect. agentis.

Qđo agẽs, & patiens a Simpl. dicatur metaphoricum.

Necessitas intellectus agentis scđm S. Thomam.

actu, necesse habuit ponere aliquã virtutẽ agentem, quæ faceret intelligibilia in potentia esse intelligibilia actu, abstrahendi species rerũ a materia, &conditionibus ind i uiduantibus. & hæcuocatur intellectus agens. Ex quibus sequitur, quod intellectus agens est virtus, & pars animæ nostræ rationalis, nec est inconueniens in eadem animæ essentia simplici esse actiuum, & passiuum: quoniam, vt potentia dicitur possibilis, ut actu agens dicitur. nec propter hoc idem a seipso patitur. quoniam ratione partis passiuæ non agit, sed patitur, ideò dicebat S. Thomas, si non esset pars animæ nostræ, natura fuisset deficiens: quia dedisset in nobis partem passiuam, non autem actiuam, a qua informaretur. Vnde S. Thomas omnia rectè dixisset, si sensum agentem dari fateretur, sicut demonstrauimus, secundo de anima tex. 65. præterea, si posuisset, quod vniuersalia essent in ipsa anima, & inipsis rebus sensibilibus, sed in anima immaterialiter & ut ideæ in potentia, & progressæ, & in sensibilibus materialiter, & ut particularia, & quod data fuit talis virtu s agens, vt ista vniuersalia, quæ sunt in anima, tanquàm ideæ potentia intelligibiles possent concurrentibus phantasmatibus fieri actu intelligibiles. Vnde non recipit a sensibilibus ista vniuersalia, sed cum ille in se habeat anima virtute intellectus agentis, cum sint in potentia fiunt actu intelligibilia, mouentibus phantasmatibus. Et si quis diceret, si in anima est agens, & patiens, & sequitur, quod in ipse sit tempus. ergo non erit æterna. quoniam vbi agens, & patiens, ibi motus vbi motus, ibi tempus. ergo non æterna. Respondendum, quod agens est duplex, quoddam cum transmutatione, quoddam sine transmutatione, vt diximus alibi. Verum est de primo agente, cum transmutatione, quod vbi motus, ibi tempus, non de secundoagente. Et exemplum certè est appropriatum de colore, & lumine, & demonstrat, quod in ipsa anima sunt ipsa vniuersalia, & omnes ideæ; & quod non à phantasmate resoluitur species, quæ transeat in intellectum; sed excitatur tantum; quoniam si

Reiicitur in parte opinio S. Thomæ.

Obiectio.

Responsio

Per exemplũ coloris, & luminis demonstrat quõ aĩa nostra põt intelligere.

cut colores in tenebris existentes videri non possunt absque lumine; quamuis ibi existant: ita anima nostra, cum sit in tenebris, & potentia intelligibilis, etiam quod excitetur, & moueatur a phantasmatibus non potest intelligere, nisi recurrat ad uirtutem agentem, & proprium lumē, quod facit idæas illas in potentia intelligibiles actu intelligibiles. Vnde falsò imaginati fuerunt, ut intelligatur lapis, quod resoluatur a phātasmate lapidis, lapidis species, quæ transeat in intellectum, sed ut diximus excitatur intellectus ab vna idæa correspondente illi phantasmati.

Obiectio
Responsio.

Sed diceret aliquis, si anima ipsa habet has idęas, quare nō illas intelligit absque quod conuertatur ad virtutem agētem? Respondendum petentes ab istis, quare quod sit, quod non videmus, vt diximus, colores in tenebris existētes, profecto colores quoque ibi existunt; sed causa cur non videantur est, quia requirunt lumen. eodemmodo anima requirit virtutem agentem, & rationi consentaneum est. quoniam anima cum sit immaterialis, oportet etiam, quod non a materialibus, & phantasmatibus, sed ab immaterialibus perficiatur. perficietur autem a seipsa: quoniam in ipsa est virtus patiens, & agens; dicant quicquid velint alij. Et sic per hanc rationem reijcitur opinio. Durandi. 1. senten. di. 3. q. 5. Isaac narbonensis, quem citat Mirandulanus, & aliorum, qui dixerunt, nō esse opus intellectu agente; sed phantasma per se imprimit speciē imposibili, & posibilis per speciem intelligit, non interueniente alio. Et quamuis plures philosophi, ut Auempace, S. Tho. Scotus, Sonzinus, Caietanus vterque, & Herueus concedant hunc intellectum agentem, & esse, ut lumen solis: tamen quia dicunt, quod illustrat phantasmata, & facit ea actu intelligibilia, & ut in eis appareant quæ latebant, & efficit, ut producantur species intelligibiles in intellectu, quibus postea fiat. intellectio. dico, quod in hoc deuiant. quia non illustrat phātasmata, sed facit actu intelligibiles idæas illas, quas habet potentia excitante phantasmate, ut diximus. Vnde de necessitate agentis intellectus

Opinio Durandi Isaac Narbo. & aliorum reiicitur qui negauerunt intellectū agentem. Reiiciūtur Auemp. S. Tho. Scot. Sonzinus Caie. uterque & Herueus quidicunt agētē illustrare phantasmata.

tellectus intrinseci tanquam partis animæ rationalis, non est dubitandum. Non nè vulgariter loquentes dicere solemus, valere illum lumine intellectus: alterum paruo prædítum lumine? Non nè dicitur vulgo lumen naturale. sed quale est tale lumen, nisi sit ista virtus agens, quæ illuminat species concreatas in ipsa anima: & facit nos illas intelligere, quod postea lumen se supra nuturali coniungitur fit intellectus in actu. qui postea secreta naturæ secundum veritatem comprehendit.

Probatur necessitas intellectus ageti s ab Auerr.

Præterea quod necessarius sit intellectus agens, demõstrat Auer. dicens. Intentiones imaginatæ non sufficiunt ad intelligere intellectus potentiæ, nec solus intellectus potentiæ se solus facit se intelligere, ergo necessarius est aliquis intellectus agens. Præterea animæ nostræ attribuitur facere intellectu, & recipere illa. ergo ei intellectus factiuus & passiuus attribui debent. Amplius anima nostra rationalis operatur, duabus operationibus diuersis, scilicet creando intellecta, & recipiendo illa. ergo in ipsa est agens & patiens, vltimo omne id quod præcedit intellectum potẽtiæ, qui est quid nostri, est quidpiam nostri. sed agens præcedit intellectum potentiæ, qui est quid nostri, ergo agens est quid nostri. ergo datur in anima quidã intellectus agens, quod est sicut lumen ars, & habitus, ut Simplicius inquit. Præterea quando in hoc tex. Gaetanus dicit, quod Aristo. cum dicit virtutem actiuam intellectũ in omnia facere, quod dicit duo; scilicet intellectum, & omnia agentem, ergo in quantum intellectus intelligit, & inquantum agens facit actu intelligere. sed in homine nullus est intellectus intelligens, nisi possibilis, ergo ãgẽs non est in homine, ut potentia animæ, sed est substantia separata. Dico, quod hæc copulantur, & non disiunguntur. quoniam inquantum intellectus agens, facit actu intelligere potentia intelligibilia, & inquantum possibilis est in potentia omnia intelligere, & sic non est disiungendũ quod copulari debet.

Reiicitur arg. Caiet. qui uult ꝓbare agẽtẽ esse substãtiam separatam.

Tex. autem 19. Explicat eius naturam per prædicata propria, Tex. 19.

propria, & differentiam inter ipsum, & agentem, dicens, quod est separabilis, immixtus, impassibilis, & actu ens. & quoniam etiam intellectus possibilis est separabilis, immixtus, & impassibilis, ut vidimus, non ponit quoad illa prædicata aliquam differentiam, sed quoad ultimum prædicatum, quoniam in hoc differt possibilis ab agente quod agens est actu ens. & ut notat Auerr. cum agens est actu talis, non intelligit ea quæ sunt hic, sed seipsum intelligens intelligit: omnia alia entia eminenter, & virtualiter, & propter hanc differentiam agens intellectus est nobilior possibili. sicut forma est nobilior ipsa materia. deinde ponit aliam differentiã inter ipsos. & est, quod agens idem est secundum actum scientia rei, idest, quod scientia cum ipso est eadem re. quia intellectus in actu, est perfectus. & non distinguitur a re quam intelligit, scilicet anima quando per virtutem agentem omnia intelligibilia, quæ potentia in ipsa erant, actu intelligit, fit idem cum ipsis. quia tunc perfecta est. & hæc est expositio huius text. nec aliquis has duas differentias notauit ita clarè, & apertè, sicut nos fecimus.

Ponitur d͠ria intellectus possibilis ab agente.

Tex. autem 20. Non de intellectu in actu, & eius differẽtia ab intellectu in potentia, & in habitu loquitur Aristo. ut cõmunis expositorum expositio est: nec Toleti longinqua consideratio sibi visa subtilior, & continuationi conformior Aristoteli, nec literæ, atque eius intentioni applicari potest. Quoniam si prima esset vera, antequàm eius naturam benè declarasset, & ab intellectu possibili distinguisset, ad aliam considerationem se vergeret. & hoc esset transcendere limites propositi. & si secunda valeret, esset inter explicationem naturæ intellectus agentis explicare quod pro exemplo in ostendendo necessitatem ipsius posuerat. ideò relictis omnibus opinionibus, dicamus, quod verum est: scilicet, quod hic Arist. ponit alias duas differẽtias inter possibilem, & agentem, ut totaliter eius naturæ cognoscantur. dicit igitur. Quæ vero secundum potentiã est tempore prior in vno, idest quoad operationem intellectus

Text. 20. Reiicitur expõ cõis. Reiicitur Toletus.

Ponuntur duæ d͠iæ intellectus possibilis & agentis Prima.

lectus possibilis prior est intellectu agente. omnino autẽ neque tempore, idest, sed quoad essentiam non est prior, quoniam sunt eiusdem naturæ, & substantiæ. Deinde ponit aliam differentiam, dicens. Secunda.

Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autẽ nõ intelligit. idest intellectus agens intelligit semper vno modo, & non ut possibilis, qui potest aliquando intelligere, & aliquãdo non intelligere. quoniam potest recurrere ad phantasiam, & fieri intellectus passiuus: & tunc non intelligit, nisi cum phantasmate, & discurrit particulariter. sed agens, ut dixi, semper vno modo. & ideo dicit, separatus est solum hoc, quod quidem est, & hoc solum immortale est, & perpetuum. idest solus agens separatus est ab excitatione phantasmatum. nec vergit vnquam ad phantasiam. & reddens rationem sui dicti Aristo. dicit. Non reminiscimur post mortem: quia intellectus passiuus corrumpitur. i. post mortem, quia verè, & semper intelligimus nõ reminiscimur. & quare? declarat, quia potentia illa per quam intellectus possibilis discurrebat particulariter, nõ amplius adest, sed corrupta est formaliter, non causaliter. ergo solus agens separatus est ab hac potentia. quoniam nunquam vergit ad phantasiam. Nec ex hoc debet arguere Thomas Caetanus dicens, non reminiscimur post mortem. i. nos homines, nam si de anima intenderet, diceret non reminiscitur autem. s. anima; quoniam sumitur anima pro homine. & e conuerso. ut cum dicitur, tot animæ sunt in hac ciuitate. Vnde S. Tho. quando dicit, quod Ari. nec de agente, nec de possibili hic loquitur, quando dicit, *separatum autem hoc solum*, quia vtrunque dixit separatũ. sed oportet, dicit ipse, quod intelligatur de tota parte intellectiua. Vnde, & subdit. & hoc solum immortale, & perpetuum. quod si exponatur de intellectu agente, sequetur, quod intellectus possibilis sit corruptibilis. sed hoc est cõtra Arist. superius. Vnde hæc verba Arist. necessarium fuit ponere hoc pacto, ne esset alicui occasio errandi. dico, qđ non intellexit processum Arist. quoniam Arist. comparat intel-

Responsio obiecti Caietani. Reiicitur expositio S. Thomę.

intellectum possibilem cum agente. ergo loquitur tantũ de agente intrinseco ipsius animę. & cum dicit separatum autem hoc solum, hoc facit ad denotandum differentiam propriam intellectus possibilis ab agẽte: quia possibilis, ut intelligat, recurrit ad phantasmata. ideò ab ipsis non separatur. agens verò separatus est ab ipsis, quia iam intelligit, & omnia actu possidet. Vnde non indiget excitatione phantasmatum. & ideo bene dat exemplum, quod non reminiscimur post mortem. quia tunc actu intelligimus, & non habemus amplius potenciam, per quam possimus ad sensum vergere. quia omnes potentiæ corruptæ sunt formaliter, & retractæ in essentiam suã. Similiter secũdũ nostra & Ari principia: cum intellectus in actu raro accidat in hac vita, & cum Arist. loquatur de intellectu, prout est in corpore, & cum corpore intelligit, non bene dicunt illi, quod hic loquatur de intellectu in actu, & non agente. quoniam intellectus in actu comprehendit copulationẽ possibilis. & agentis intrinseci hominis cum agẽte extrinseco. quæ speculatio pertinet nõ ad naturalem, sed alium philosophum. Ex quibus dictis, potest elici descriptio intellectus agentis. & erit, quod intellectus agẽs est pars, vir tus, uel potentia animæ rationalis immixta separabilis. impassibilis actu ens posterior possibili, quoad operationem, non autem essentiam semper intelligens absque quod a phantasmatibus excitetur.

Descriptio intellectus agentis.

Caput Tertium.

SECVNDVM propositum perquirens, scilicet. Quomodo fiat ipsum intelligere, cumq; intellectus humanus corpori vnitus possit cum discursu, & sine discursu intelligere: ideo ponit duas esse intellectiones, & a notioribus nobis procedens, tractat prius de composita, ostendens quot modis in ipsa cadat falsitas. deinde de simplici demonstrans tribus modis nos posse indiuisibilia sine discursu intelligere; & quomodo esse debeat intellectus, si hæc apprehendere debet reassumens postea omnia, & intentum concludens. Vbi in fine reddit rationem, quare intellectus intelligit indiuisibiliter, & ratione vtitur discurrens componendo, & diuidendo.

IN Text. 21. non prosequitur, vt ait Toletus, sermonem de intellectu in actu, cum de ipso in libris de anima propria intentione non tractet; sed postquam per proprias differentias demonstrauit naturã intellectus posibilis, & agentis, vt tex. 1. promiserat, quando dixit, considerandũ est quam habeant differentiam, scilicet intellectus posibilis, & agens. nunc secundum propositum incipit perquirere, scilicet quomodo tandem fiat ipsum intelligere. Sed cum intellectus humanus corpori vnitus posit absque discursu, & cum discursu intelligere, ideò de differentia harum

Tex. 21. Reiicitur Toletus.

rum

De d ia in intellectionum. Quid intellectus sine discursu.

rum intellectionum incipit tractare dicens, quod sine discursu intellectus intelligit res simplices, & indiuisibiles, in quibus non cadit falsitas, & veritas per se, sed solum per accidens. nam sicut se habet sensus ad simplicem apprehēsionē sui ꝓprii obiecti: ita se hēt ītellectus ad simplicē apprehēsionē rei indiuisibilis, incomplexæ, & definibilis. sed in apprehensione proprij obiecti in sensu non est veritas, & falsitas. immò non decipitur in cognitione sui proprij obiecti, vt non decipitur visus in cognitione coloris, dummodo organum sit dispositum, & si debita distantia inter sensum, & suum obiectum. ergò nec veritas, nec falsitas in intellectu in apprehensione rei indiuisibilis, & simplicis, immo non decipitur per se in definitione rei. Dixi autem non per se, quoniam sicut in sensu potest esse deceptio, respectu sensibilis per accidens: vt si ex eo, quod video a longinquo corpus coloratum, velim ipsum iudicare esse hominem, vel arborem, fortè deciperem. similiter in prima operatione intellectus cōtingit deceptio dupliciter. primò, quando definitio huius rei attribuitur alteri; vt si vellem attribuere symiæ, quod sit animal rationale. secundo, quando definitio formatur ex partibus repugnantibus. vt si vellem adinuicem componere animal, & insensibile. & hæc quidem deceptio prouenit, eo quod uia definiendi est per diuisionem, & compositionem, idest in eo, quod intellectus cadit in rationem. Per se igitur non intelligit, nisi indiuisibilia; sicut ratio discurrendo componit, & diuidit. & ideò in ipsa cadit veritas, & falsitas. quia format propositionem, quæ semper est vera, vel falsa: quia aut prædicatum conuenit cum subiecto, aut nō. si sic, est vera; si non est falsa. Vnde prima operatio natura præcedit secundam, sicut natura in generatione animalium, vt dicebat Empedocles, qui putauit, quod natura prius fecit membra per se, vt caput, manus, & reliqua: postea per concordiam fuerunt composita. sic intellectus prius diametrum per se cognouit, & incommensurabile per se, postea copulauit diametrum esse incommensurabilem.

Quō pōt contigere deceptio in prima operatiōe intellectus

bilem. & hoc dictum Aristo. manifestat, cum intellectus natura intelligat prius indiuisibilia. quod in ipso sint rationes formales in essentia indiuisibili, illas, quas Plato appellat idæas, quæ eædem sunt in Deo. sed in intellectu in gradu imperfectiori, quæ ideæ cum sint, potentia intelligibiles excitante phantasmate a proprio lumine intellectus agentis, fiunt actu intelligibiles; nec propter hoc infertur opinio Platonis, nec reminiscētia. quoniam creantur de nouo, cū creatur anima. & sic etiam de nouo scientia generatur, daretur reminiscentia, si cum anima ab æterno creatæ fuissent, vt ipse tenebat. Cum ergo demonstrauerimus duas esse intellectiones, vnam discursiuam, aliam simplicem, quamuis hæc illam natura præcedat: tamen, quoniam potius vtimur ratione, quàm intellectu ideò, vt a notioribus nobis procedamus, incipiemus tractare de intellectione composita: quæ a ratione cognoscitur, & demonstrabimus quot modis in compositione, & diuisione potest cadi falsitas. & primo dicimus, quod quando componimus, vt ait text. 22. quæ non componenda sunt, & diuidimus, quæ non diuidēda, falsum dicimus. Vt si hominem non esse animal, vel coruum esse album dicimus. Præterea cadit falsitas in discursu, cum conceptus quidam benè coaptati sunt; tamen tempus verbi nō ita. vt si dicas de eo, quod modo incepit calefacere, quod fuit calfactum, vel de eo quod fuit, dicens quod erit. Vnde in discursu non solum potest cadi falsitas, ratione compositionis, & diuisionis, sed etiam ratione temporis, vt dictum est. Intendentes tractare de secunda intellectione, quoad nos, ostendemus, quot modis possumus indiuisibilia, intelligere, & apprehendere rem, in qua non cadit veritas, aut falsitas. & cum indiuisibilia sint tria, ergo tribus modis, vt ait tex. 23. poterimus sine discursu intelligere. & primò incipiemus ab indiuisibili, secundum quantitatē, vt potè nobis notiori: deinde de indiuisibili, secundum formam. & vltimo de indiuisibili non solum actu, sed potentia dicimus. Dicimus igitur cū Ari. quod indiuisibile

Tex. 22. Quo in cōpōne et diu. falsitas

Tex. 23. Quid indiuisibile secūdum quātitatem.

secun-

secundum quantitatem, & non formam intelligitur in tempore indiuisibili. vt continuum,& longitudo,quæ dicuntur indiuisibilia actu,quia actu nō sunt diuisa, quamuis possent diuidi; hæc intellectus tempore indiuisibili intelligit: quoniam in quacumque parte totum intelligitur, & non intelligitur aliquid illius in parte temporis vna,aliud in altera. Vnde,cum tempus correspondeat diuisibili magnitudini, & intellectus hæc intelligat, & in quacunque parte illud totum simul intelligitur, ergo in tempore indiuisibili intellectus intelligit quodcunque quantitatiuum, quod per modum vnius apprehenditur. nam cum habet partes, & seorsum partes intelligit: tunc diuiditur tempus,vt in quacunque parte temporis pars distincta intelligatur. sed intellectio sine discursu, & simplex,non separat partes,sed totum intelligit, vt indiuisibile; & per consequens in tempore indiuisibili.

Quid indiuisibile sc*d*m formam. Tex.24.

De indiuisibili autem secundum formam dicemus, quod est quando apprehendimus rem simplicem, vt hominem,vel animal,vel aliud,vt ait tex.24. quæ etiam ipsa intelliguntur in tempore indiuisibili,quia nō habent partes,& quod non habet partes, diuidi non potest. ergo intellectio erit indiuisibilis,cum indiuisibilia apprehendat. & si talia, & comprehensa ab intellectu sunt diuisibilia, hoc est per accidens; non quia,vt talia diuisibiliter ab intellectu percipiantur: quia, vt indiuisibilia comprehenduntur, sed quia accidit, vt talia possunt diuidi. Sicut in continuo,& longitudine,& tempore accidit. quod vt totum indiuisibiliter ab intellectu percipiuntur, vt partes habet non sine discursu. De tertio indiuisibili non solum actu,sed potentia,quale est punctū,in linea, & nunc, in tempore,hæc talia sine discursu ab intellectu,vt indiuisibilia non per se,sed per contrarium apprehenduntur, vt ait tex.25. Per negationem enim continui percipitur indiuisibile; sicut priuatio per positiuum, vt malum per bonum, nigrum per album. contrario enim hæc quodammodo cognoscuntur. Postquam demonstrauimus quomodo

Tex.25. Quid indiuisibile actu,& forma.

modo intellectus sine discursu intelligit indiuisibilia: & quomodo tribus modis hæc possint esse; nunc demonstrabimus cum Aristo. quomodo esse debeat intellectus, si hæc intelligere debet. dicimus igitur, quod debet esse in potentia: quia si intelligere debet, oportet, quod in potentia sit, & illuminatur ab agente excitante phantasmate. si verò non est potentia ipsum cognoscit seipsum, & actu est, & separabile. idest quando ideæ, & species intelligibiles potentia, ab intellectu agête factę sunt actu excitâte phantasmate, tunc cognoscit seipsum intellectus & actu est. idest non est amplius in potentia, & separabile, idest a phantasmatibus. quia non indiget amplius excitatione phantasmatum. Vnde, non de intellectu diuino, ut exponunt omnes, intelligit Arist. cum de intellectu prout est in corpore, & respectu corporis tractet. quod per prædictas intellectiones, & per exempla data confirmatur. Nam intelligere indiuisibile secundum quantitatem, formam, & potentiam, est proprium intellectus corpori coniuncti, benè potest etiam intellectus, dum est in corpore, intelligere seipsum, & fieri actu, & sine phantasmate omnia intelligere. sed hoc raro accidit, & est quando anima facta est spiritualis, & diuina. sed quod raro accidit, arguit difficultatem, non autem imposssibilitatem. Ad quid ergo cum hæc applicari possint intellectui corpori coniuncto, & intentio Aristo. in his libris sit de tali loqui. ad quid, dico, dicere, quod loquitur de intellectu diuino? quare transcendere limites propositi. & intentionis? Tex. autem 26. non regreditur ad intellectionem compositam, sicut ait Toletus. quia iam superius de ipsa omnia determinauit. sed declaratis intellectionibus prędictis, reassumit omnia, & concludit intentum, dicens. Dictio igitur, quæ est vera, vel falsa, non ab omni intellectu comprehenditur: quoniam non ab intellectu, qui non discurrit, sed ab intellectu discursiuo. & ratio est, quia talis versari potest, circa errorem. & ille semper, quod verum est apprehendit. & ideò bene dixit, quod non omni intellectu inest veritas.

Reiicitur expô côis.

Tex. 26. Reiicitu Toletus.

quoniam

Caput Quartum.

VT ordo doctrinæ expostulat, quinque sensus cum intellectu conuenientias proponit. Prima est, quod sicut sensus per sensibile ad actum reducitur, sic intellectus per intelligibile. Secunda, sicut sensus percipit cum delectatione, & tristitia, ita intellectus intelligit, vel cum affirmatione, vel negatione, quæ assimilantur tristitiæ, & delectationi. vbi quid dolere, & delectari quantum proposito sufficit, declarat. Tertia, quod sensibilia se habent in sensu, sicut phantasmata in intellectu. Quarta, sicut vnus est re sensus communis, & ratione plures, ita intellectus vnus, secundum essentiam, plures, ratione phantasmatum. Quinta, sicut communis sensus non percipit nisi per exteriores, sic intellectus nisi per phantasmata. Vbi quod modis intellectus possit moueri ad intelligendum, an a solis phantasmatibus, vel alia re, declarat. Resoluens in fine, quod videre, an intellectus in materia possit abstracta intelligere realiter, nec ne, non est præsentis speculationis.

POSTQVAM de differentia intellectus possibilis, & agentis, & quomodo fiat ipsum intelligere, verba fecimus: nunc incipiemus tractare de similitudine, & conuenientia, quas habent sensus, & intellectus simul. quod ante facere non poteramus. quia cum similitudines, & rerum conuenientiæ sumãtur a proprijs naturis, ergo prius ipsæ naturæ debent esse manifestæ. declarata igitur in secundo libro Natura sensuũ, & in

Proponit tractare de conuenientia sẽsus, & intellectus.

& in tertio atque hucusque natura, & operatione intellectus, æque bene possumus nunc demonstrare ipsorum similitudinem, ac conuenientiam.

Tex. 27. Dicimus igitur, quod sicut intellectus, ut ait Tex. 27. est idem cum re, & posterior, quoad operationem intellectu potentia, non autem quoad essentiam: quia omnia, quæ fiunt, sunt ex actu existente, idest, quia omnia, quæ intelliguntur, oportet, quod reducantur ad actum, & intelligantur per intelligibile excitante phantasmate, & illuminante agente. & hoc pacto intellectus in potentia, nõ est prior agente. Sicut ergo intellectus potentiæ reducitur ad actũ, & ad intelligendum per intelligibile, ita sensus, vt ait tex.

Tex. 28. Conueniẽtia sensus & intellectus. 28. ex potentia reducitur ad actum per sensibile. Nec ob id intelligendum est, ipsum sensum alterari, propriè, aut pati seu moueri: non enim ista operatio est motus cum corruptione, sed perfectiua absque ulla destructione, idcirco alio nomine vocari debet. Quicquid igitur sit sentire. simile est in hoc intelligere. Nam sicut sensus per sensibile reducitur in actum, sic intellectus per intelligibile.

Secunda cõueniẽtia. Præterea inest alia conuenientia intellectus, cum sensu. Nam, sicut sensus percipit sensibilia cum delectatione, & tristitia: ita intellectus percipit intelligibilia, uel cum affirmatione, uel cum negatione. negatio enim assimilatur tristitiæ, affirmatio delectationi. quoniam quod negamus, & nolumus, dicitur triste: quod affirmamus, & uolumus, dicitur delectabile. ita quod in hac operatione assimilatur intellectui affirmãti, uel neganti sensus. nõ quod ipse affirmet, uel neget, sed quia operatur ad modum intellectus componentis. Intellectus affirmans vnum alteri componit. sensus autem per hanc operationem sensibile sub ratione iucundi, uel molesti percipit, videturque iucundum componere cum obiecto. post hoc statim sequitur appetitus, scilicet prosecutio, uel fuga. Sensatio enim iucundi, uel molesti appetitum sensitiuum mouet, siue ad prosequendum, siue ad fugiendum, quod iudicat. Quid autem sit dolere, & delectari, nunc declaramus dicentes,

quod

quod nil aliud est delectari, & tristari, fuga, & appetitus, idest prosecutio, & desiderium in actu, quàm ut ait Text. 29. motus ipsius sensus circa bonum uel malum. ut talia sunt, quæ potentiæ appetitiuæ, scilicet fuga, & prosecutio non differũt inter se, nec a sensitiuo, ut putabat Plato, qui sensitiuum in corde, appetitiuum in iecore posuit. non differunt sic subiecto, sed ratione, & definitione; cum tamen in vno subiecto proximo sint. Et sic in Tex. 27. non comparat, ut ait Toletus, ipsum intellectum potentia, intellectui in actu, ponitque duas differentias, quoniam iam demonstrauit has differentias, ut vidimus, sed proponit conuenientiam primam, ut vidimus, & similiter in Tex. 29. non prosequitur, ut ait, explicare tertium, quod inest sensui, sed declarat quid sit delectari, & tristari. & ratio est, ut quod in superiori textu dixit, remaneat confirmatum. dixit autem, quod sensus percipit sensibilia cum delectatione, & tristitia. hic demonstrat, quod talia proueniunt a sensu. si a sensu, ergo sensibilia cum delectatione, & tristitia a sensu percipiuntur. Tertia conuenientia sensus, & intellectus est, quod sensibilia se habent in sensu, ut ait Tex. 30. sicut phantasmata in intellectu. Nota quod dicit intellectiuæ animæ, quæ est principium raciocinandi, ad differẽtiam intellectus, qui non discurrit. Dicimus igitur, quod sicut sensus nunquam facit iudicium boni, uel mali, neq; fugit, aut prosequitur, nisi præcedente sensibili. sic intellectus nunquam affirmat, uel negat, nisi præcedente phantasmate excitante, & mouente ipsum intellectum. Non applicat igitur, ut ait Tolet. intellectui, quæ dixerat de sensu, quia esset idem bis quasi eadem loco absque necessitate aliqua repetere. Certè quod in his textibus multum deuiant expositores ab intentione Arist. & ne verbum quidem de veritate, quam ipse proponit tangunt, nec ad quẽ finem hæc & talia dicat, demonstrant. Intentio igitur, ut diximus, est ponere tertiam conuenientiam, per quam, & per omnes supradictas manifestatur, quomodo Arist. considerat in hoc libro intellectum, prout est in corpore, & ratione

Tex. 29. Quid sit dolere, & delectari.

Reiicitur Tolet. in tex. 27. & 29.

Text. 30. Tertia sensus & intellectus conuenientia.

Defectus expositorũ

quomodo a præsentis sensibilis phantasmate mouetur intellectus. Aliquando, & sæpe rebus absentibus intra nos cogitantes, deliberamus futura, conferimusque præsentibus, & cum dixerimus, esse delectabile, vel triste, tunc fugimus, vt ait text. 34. aut prosequimur, & sic ab absentis sensibilis phantasmate mouetur intellectus, sub ratione boni, vel mali. Et, quoniam dicimus sic intellectum cognoscere delectabile. & triste, bonum, & malum, & superius diximus, quod cognoscit verum, & falsum, cum ratiocinatur, & delectabile, vel triste esse ipsius sensus: ideò hoc resoluimus, & dicimus, quod talia cognoscit intellectus, non secundum se, sed ratione operis. Vnde veritas, & falsitas, quam cognoscit: quia ordinatur, & contrahitur aliquando ad opus: ideò considerat ipsam sub ratione conuenientis, & disconuenientis, boni, vel mali. & sic uerum, & falsum sunt in eodem genere cum bono, & malo. sed differunt penes uniuersale, & particulare. quoniam verum, & falsum, secundum se, considerantur simpliciter, & vniuersaliter. bonum, & malum ratione operis, & particulariter. Vnde Aristo. non de intellectu practico, & speculatiuo loquitur, vt Toletus, & alij in his textibus, sed remouet dubium supradictum. Postquam demonstrauimus, quomodo intellectus intelligendo mouetur a phantasmatibus sensibilibus absentibus, & præsentibus; nunc volumus demonstrare, quomodo ab ipsa specie intelligibili tantum moueri potest: quæ in intellectu est, & per consequens non semper a phãtasmate, quamuis in corpore sit; quoniam cum iam semel intellexit curuitatem nasi, vt ait text. 35. ipsam absolutè deinde intelligere potest, & sine materia, & sic cum actu intelligat ipsam curuitatem, absque carne eam considerat, nec indiget phantasmate, talẽ speciem intelligibilem mouente. Similiter cum intelligit Mathematica, quamuis non sint a materia separata, ipsa abstracta intelligere potest. Vnde Aristo non dat intelligere, vt ait Toletus, duos intellectus speculatiuos, vnum phisicum, & alium mathematicum. sed, vt diximus, vult

Tex. 34.

Obiectio.

Responsio

Reiicitur Tolet. & alij.

Tex. 35.

Reiicitur Tolet.

demonstrare, quomodo intellectus absque excitatione phantasmatum, potest intelligere, quod confirmat rationem sui dicti reddens sequenti tex. 36. dicens, Intellectus semper, qui secundum actum erit intelligens, res ipsa est, idest intelligit absque phantasmatibus. quoniam si actu est intelligens, ergo species intelligibiles, quæ erant in potentia, deductæ fuerunt in actu per agentem intellectum, phantasmatibus concurrentibus. si ergo actu sunt, ergo potest tunc ipsas intelligere, sine phantasmatibus.

Tex. 36.

Præterea, quoniam dicit intellectum separata intelligere, & abstracta a materia, vt Mathematica, & sensibilia; mouet dubium, an dum est intellectus in materia possit abstracta realiter intelligere, scilicet intelligentias, an non quod dubium dicit non esse præsentis speculationis. & ratio est, quoniam tractat hic de anima, quę pertinet ad phisicum. cum autem speculatur, & intelligit abstracta, facta est intellectualis, & ad methaphisicum pertinet tractare; ideò remittit posterius tractandum, & sic ex hoc passu concluditur Aristo. tractare de anima, prout est in corpore, & habet respectum ad corpus. & talis est considerationis naturalis, sicut proposuit in procemio.

Caput Quintum.

RECAPITVLAT quæ de Anima dixit, referens omnia ad animam rationalem, probans per sufficientem diuisionem, quod omnia sit sensibilia scilicet, & intelligibilia; ostendens modum, quo omnia sit, & quomodo intellectus contempletur sensibilia.

EX hoc Tex.37. deberent esse clari, & certi omnes, qui negant Arist. in hoc tertio tractare de anima rationali, quoniam, vt apparet, recapitulat quæ de anima dixit, referens omnia ad animam rationalem, tanquam ad illud, quod omnia comprehendit, si ad hanc omnia reducit, quæ dicit. non ergo de intellectu agente separato, & de Deo loquitur, nec de intellectu in actu, scilicet de intellectu, qui copulatur agenti extrinseco: quoniam hoc pertinet ad metaphisicum, cum per talem coniūctionem anima sit, & fiat tota intellectualis. Tractat igitur, vt genus definitionis genericæ animæ commune sit omnibus libris de Anima, prout habet respectum ad corpus, & vt ad phisicum spectat; & non ad metaphisicum, ideò sæpe dicit, quod intelligit cum phantasmate, non negans, quod etiam in corpore sine phantasmate posset intelligere: sed quoniā, vt habet respectū ad corpus, semper indiget phantasmate

Tex.37. Ex hoc Tex. manifestè dicit, q̄uo ar. tractat de aīa prout hēt respectum ad corpus iuxta propositum procemii.

concurrente. Dicit igitur, quod anima rationalis est omnia, scilicet sensibilia, & intelligibilia. quod probat per sufficientem diuisionem. Nam omne ens, vel est sensibile, vel intelligibile, at anima rationalis, ratione sensus est omnia sensibilia, ratione intellectus, & scientiæ omnia intelligibilia, ergo anima rationalis omnia est. & modum quo omnia sit explicabimus, distinguentes de sensibili, & intelligibili, secundum actum, & potentiam, vt ait Tex.

Tex. 38. 38. Nam sensibile, aut intelligibile dupliciter dicitur. actu dum actu sentitur, vel intelligitur; & potentia dum sentiri, vel intelligi potest. Anima igitur respectu sensus potentia, vel actu erit omnia sensibilia potentia, vel actu. Respectu intellectus similiter potentia, vel actus erit omnia intelligibilia potentia, vel actu. Vnde cum sit omnia, necesse est, quod aut sit ipsa sensibilia, aut species rerum sensibilium. Certum est, quod lapis non est in anima, ergo erit species lapidis in anima, non species dico, quod resoluatur a lapide, sed ideæ lapidis correspondens phantasmati lapidis, a qua excitatur intellectus ad intelligendum. & cum qua concreata fuit anima. Vnde anima est sicut manus. Nam sicut manus est instrumentorum instrumentum, & organum organorum, sic anima in genere intelligibilium forma formarum intelligibilium, & sensus forma formarum sensibilium. quoniam ipsa nulla est res ex intelligibilibus, & sensibilibus: tamen in se continet idæas omnium rerum. & ideò tam sensibilia ratione sensus, quàm intelligibilia ratione intellectus intelligit, quia est media natura. Postquam demonstrauimus, quod anima est omnia sensibilia, & intelligibilia; & explicauimus quomodo sit: nunc tantum quomodo intellectus cõtempletur sensibilia ostendemus, cum de anima, quæ pertiner ad phisicum, sit intentio. contemplari autem intelligibilia, ut ait superius, alterius speculationis: ideò hoc relinquemus, & tantum quæ negocio nostro faciunt, declarabimus. Dicimus igitur, quod anima facta naturalis, & ut habet respectum ad corpus ad contemplanda sensibilia,

bilia, necessario indiget phantasmate: & ratio est, quonia nulla est res separata a magnitudinibus sensibilibus, ut apparet, ut ait tex. 39. etiam ipsæ res mathematicæ, quæ sunt in abstractione. re tamen in corpore sensibili sunt, si omnia sunt in materia, ergo intellectus addiscere, vel intelligere ea non poterit, nisi adminiculo sensuum. & si adminiculo sensuum, ergo cum contemplabitur, necesse est vna cum phantasmate contempletur. dixit vna, quia tantummodo concurrunt ad intellectionem, & non resoluitur ab ipsis species. quæ phantasmata se habent ad intellectum, sicut sensibilia ad sensum, vno excepto, quod phantasmata non habent materiam, idest non sunt res ipsæ materiales, sed species interioris sensus ipsarum. Vnde intellectus excitatus ab idæis, correspondentibus illis, quæ sunt in phantasia intelligit, quæ phantasia habet actum diuersum ab intellectu: quoniam ipsa non est nec affirmatio, nec negatio & in intellectu est compositio quædam vera, uel falsa rerum conceptarum, & quamuis quoad simplicem operationem intellectus videtur assimilari imaginationi, quia sicut intellectus apprehendit rem simplicem, sic phantasiam. tamen non est intellectus phantasia, quia intellectus alio modo apprehendit, quàm phantasia, quamuis ab ipsa phantasia pendeat: dependet enim, quia uolens simplicia sensibilia intelligere, indiget phantasmatibus mouentibus intellectum ad ipsa intelligenda. Hoc pacto intellectus intelligens rosam prius rosa causat speciem in visu, inquantum est colorata; & sic figurata hæc species transmittitur a visu ad sensum communem, & sensu communi ad phantasiam, ut ibi conseruetur. & quando est in phantasia, dicitur phantasma. hoc igitur phantasma rosæ representat rosam, quoad suas conditiones indiuiduales: puta inquantum est sic colorata, & talis figuræ, & talis odoris, & in tali situ, intellectus verò, qui habet idæam rosæ in potentia in se, excitatus a tali idæa correspondenti illi phantasmati, recurrit ad intellectum

Tex. 39

Quō intellectus contempletur sensibilia. Quare ar. dixit [una]

Quō phantasmata se habeant ad intellect.

Exemplū pro declaratione supradictorum.

lectum agentem, qui talem idæam lumine suo illustrando, deducit in a um, & sic causatur species intelligibilis rosæ puræ spiritualis, non repræsentans rosam, quoad sua accidentia, sed quoad suam substantiam, & spiritualiter, & sic intellectus, ut factus naturalis, & ratione corporis consideratus, dicitur a phantasia, secundum Aristote. dependere. Vnde ex hoc text. vltimo, manifestè videtur mens Aristote. quod considerat animam, prout est in corpore, ratione corporis, & ut in corpore operatur. quoniam in fine voluit demonstrare, quomodo sensibilia intelligat, & quod necessario indiget phantasmate, uolens inferre, quod anima dum est in corpore, ut plurimum mixta est cum phantasia, & raro absque ipsa intelligit, quamuis intelligere possit. sed cum facta est naturalis, semper cum phantasia intelligit & hæc dicta sint de natura intellectus possibilis, & agentis, & per consequens de parte animæ, qua sapit, & cognoscit, scilicet de Anima rationali, atque de eius operationibus. Quid ergo clamant Toletus, & alij de intellectu in habitu, practico, & speculatiuo? Vbi nam Aristot. in his textibus facit mentionem de istis? & postea ad quid loqui de his, cum ex declarata natura possibilis, & agentis scitur necessario, quid sit intellectus practicus, & quid speculatiuus? De his igitur non loquitur, quia frustra esset, quoniam cum intellectus plenus est habitibus practicis, dicitur practicus, cum speculatiuis, speculatiuus. Cum igitur in genere declarauerit, quomodo intelligat, & quid intelligat: & demonstrauerit, quod potest intelligere sensibilia, & intelligibilia; & cum hæc omnia sint, & habeant ordinem uel ad opus, uel ad speculationem: necessario sequitur, quod sciamus quid sit practicus, & quid speculatiuus intellectus, quia si quæ intelligit, habebunt respectum ad opus, erit practicus si ad contemplationem, speculatiuus. Omnes igitur errarunt in omnibus supradictis textibus, loquentes de istis intellectibus, & demonstrantes hoc dicere Aristotelem. Ne-

Quo ex hoc ul. tex elicitur, qd mens Ar. est considerare in his lib. aïam respectu corporis.

Reiiciunt Tolet. & alii circa intentionẽ supradictorum Tex.

scio

ſcio mehercule, quo vadant cum imaginatione. Toletus certè multos excellit in rebus explicandis, cum facultate enim, politoque ſermone res ipſas declarat: ſed ſuæ declationes & facilitates ſunt potius confuſiones, quia non cōtinent, vt plurimum rei veritatem. nec Ariſt. intentionem attingunt. & ſi omnes errores, quos in commentarijs de anima ſcripſit, annotauiſſem, omnes ferè textuū expoſitiones, & quæſtionum diſputationes retractandæ eſſent. hæc tantum ſua, & aliorum errata non contradicendi gratia, ſed manifeſtandi veritatē volui annotare, ut poſt hac non amplius in philoſopia, & in philoſopho homines peccare poſſent. omnes igitur libēter, & ſincero animo dicta mea accipiant. quoniam ſincerè ſcripta fuerunt, nec Petrum, vel Paulum ſequimur, ſed puram veritatem, cum ſola veritas omnis ſapientiæ amica ſit. Excuſatio authoris.

Caput

Caput Sextum.

N E diminutus videatur de Motrice anima secundum locum, tractat, quod ante facere non poterat, cum a sensu, & intellectu proueniat animalium motus, methodoq; diuisiua, & a notioribus nobis semper procedens inuenit principium motiuum, taxans in sufficientiam, & diminutionem illorum, qui malè animam diuiserunt. declarans in vniuersali appetitum, & intellectum esse principia motiua, sed reduci hæc duo ad appetitum. Vbi demonstrat quomodo diminuti fuerunt, qui animam in potentias diuiserunt. Deinde de numero appetituum, & conditionibus talis motus animalium. Postea in fine similiter a notioribus nobis procedens, de dicto principio in particula ritractat.

Tex. 40. **Reiiciunt exp. Toleti.**

IN hoc tex. 40. Non est intentio Aristo. ut Toletus ait. Quod cum in primo de anima Antiqui dixerint animalium animã duobus definiri, scilicet iudicatiua facultate, quę sensum, & intellectum comprehendit, & motiua secundum locum. cum igitur de sensu, & intellectu tractatum sit, pars hæc tractanda erat. Nec etiam, quod cum definitio quattuor erat partibus composita, puta vegetatiuo sensitiuo, intellectiuo, & loco motiuo: quarum tres hucusque discussæ sunt. nunc quarta discutienda proponit, scilicet loco motiuum. Hæc non est intentio Aristot. & tales expo-

expositiones duos errores committunt. Primus est, quod anima non definitur, nec essentia liter diuiditur in potentias. Secundus, quod non propter Antiquos loquitur de motiuo, sed de ipso pro completo sermone omnium potentiarum animæ, quod ante facere non poterat, ratione ordinis naturæ. Dicit igitur. Cum animalium anima duobus sit definita, idest declarata, scilicet. Cum superius declarata sit anima, quoad potentiam sensitiuam, & intellectiuam. & cum ipsi animæ accommodetur potentia motiua, cum de intellectu, & sensu superius dictum sit, & determinatum: nũc oportet de principio motiuo ipsius animæ quærere. Vnde illud verbum, *definita*, intelligitur non strictè, sed largè: quoniam cum res per essentiam, scilicet per propriam causam materialem, & formalem explicantur, tunc dicimus ipsas definitas esse, cum per potentias, uel operationes ipsas manifestamus, tunc dicimus definire, scilicet declarare. hic autem loquitur quoad declarationem ipsius animæ quoniam per obiecta, operationes, & potentias ipsam declarauit, non autem quoad explicationem essentialem ipsius animæ. quoniam ut sic definitur. Ecce quomodo hic Aristo. implicitè reddit rationem, quare non antea de principio motiuo tradidit, & quare nunc de ipso est tractandum. Quod nos explicantes, dicimus, quod cum secundum rectum ordinem naturæ non moueantur animalia secundum locum, nisi appetant aliquid. quoniam non mouentur ad locum distantem, siue moueantur progrediendo, ut animalia terrestria habentia pedes; siue natando, ut Aquarica; siue reptando, ut vermes, & serpentes; siue volando, vt volatilia. nisi uel ad quęrendum cibos, uel aliquod delectabile. & cum omnis appetitus uel intellectiuus, ut uoluntas, uel sensitiuus, vt cõcupiscibilis, & irabilis a sensu, & intellectu proueniant: ideò postquam de sensu, & intellectu sermonem conclusit, ne diminutus videatur, & de omnibus animi potentijs sermonem expleat, pro completa manifestatione naturæ ipsius animæ, hic incipit de motrice anima, secundum

Intentio uera supra dictorum tex.

Pôderatio ly [definita.]

Redditur implicitè a b Aris.rô qua re antea de principio motiuo tradidit.

Explicat intentio Arist.

dum locum verba facere, ut textus secundo, etiam in vniuersali superius annotauimus, & more suo Aristo-

Methodo diuisiua Ar. inuesti gat princi pium mo tiuũ sc'dm locum ipsorum ani malium.

te, methodo diuisiua inuestigat, & inuenit principium motiuum secundumq; locum ipsorum animalium, vnde diuidendo, & subdiuidendo sufficienter, membra inutilia respuit: tandem sub vno membro ponens principium motus progressiui. Dicit igitur de principio motus progressiui speculandum est, vtrum sit tota anima, vel pars animæ. si pars, vel potentialis, quæ ratione solum differt, vel essentialis, quæ separatur a magnitudine, & subiecto. si essentialis vel una illarum quæ dici solent ab alijs, scilicet vel concupiscibilis, vel irascibilis, vel rationalis, vel quid distinctum ab his. si potentialis vel vna illarum, quæ dicta sunt a nobis secundo de anima text. 27. vel vegetatiua, vel sensitiua, vel cogitatiua, vel appetitiua uel quid distinctum ab his. & si nullum istorum separatim, ergo plura simul. Ecce quomodo hoc ultimum mem

Sufficiens aĩæ diuisio ab Ar. data.

brum uirtualiter in diuisis continetur, & ecce quomodo vlterius diuidi non potest ipsa anima: quoniam consideratur, uel quoad operationem, vel quoad se. quoad operationem vtitur potentijs; quoad se manet in essentia sua, si ergo per essentiam, & potentias rectè diuisa fuit, ergo bona, & sufficiens diuisio. remanet modo ostendere, sub quo istorum membrorum ponatur principiũ motus progressiui. Vnde Aristo. etiã more suo in excludendis mem bris excludit opiniones illorum, qui malè diuiserunt ipsam animam. Quid ergo dicis Tolete cum alijs grauissi-

Reijcitur Tolet. cũ alijs.

mis expositoribus, de hac mea expositione, nonne uidetis iam Arist. in inueniendis, & inuestigandis rebus vti semper methodo diuisiua? Non ergo vt dicis hic tria de principio motiuo speculanda proponit, tanquam quædam separata, nec secundam, & tertiam quæstionem infert: quoniam hæc omnia sunt membra diuisionis, & subdiuisionis contenta sub methodo diuisiua, quam nullus effugere unquam potest, nec corde, quamuis ore negare. Vnũ igitur ab alio dependet, & omnia simul ab vna nota, manifesta,

atque

atq; ab intellectu cõcessa diuisione, tanquã ab Axiomate quodam: quia tantum ualet dicere. Aut principium motiuum est tota anima, uel non est tota anima. hanc diuisiõnem cum sit per contradictoria, omnes necessario concedunt. consequenter dicimus, si nõ tota anima, ergo pars; si pars, ergo & c. ut diximus. Vnde Arist. breuitati studens implicitè, & virtualiter multa in membris diuisionis præsupponit, relinquens prudentibus philosophis, ut plurimum illationes diuisionum. nam si quis discurrat sigillatim, potest etiam coniunctim discurrere, & complicari duo vel tria, uel omnia simul; ut quod non inuenit in rebus separatis, inuenire posit in compositis. Nota sur breuitat Arist.

Incipientes igitur destruere, quod non sit pars essentialis, redarguentes insufficientiam diuisionum illorum, qui ipsam animam diuiserunt: quoniam quidam diminuti, & quidam superflui fuerunt: primo dicimus, quod dubium est, ut ait text. 41. quomodo dicantur partes, & quot sint. Vnde si nescitur quomodo dicantur, partes animę, & etiam quot sint, dubium erit dicere, quod pars animę sit principium motus progresiui. & reddimus rationem dubitationis, quoniam videntur partes esse infinitæ, idest indeterminatæ. nec ad certum numerum reductæ: quoniam alij diuidunt animam in rationalem, irascibilem, & concupiscibilem, ut Plato, qui hanc in iecore, illam in corde, & aliam in cerebro posuit. & alij diuidunt animam in rationalem, & irrationalem. Vnde isti tales insufficientes posuerunt diuisiones, quoniam isti non propter aliam causam diuersas animas posuerunt, nisi propter diuersas operationes, & potentias. quod si propter hoc non omnes partes posuerunt, quoniam sunt aliæ potentiæ multo magis differentes a rationali, quàm irascibilis, & concupiscibilis. ergo oportebat has assignare, & diuidere. Potentia autem hæc est vegetatiua, magis enim differt a rationali, quàm illæ duæ, quia ista inest plantis; quibus nec sensus, nec ratio inest: illæ verò duę insunt habentibus sensum, qui propinquior est rationi. similiter Tex. 41 Probatur insufficiencia diuisionis animæ ab antiquis positæ.

respuens eam habere. Si cognoscitur per sensum, sic ipsum prosequitur, vel fugit appetitus sensitiuus, puta cogitatiua cognoscit, quod Socrates est amicus meus. & tunc appetitus sensitiuus prosequitur eum, & diligit, & cognoscit, quod Plato est inimicus meus, & tunc appetitus sensitiuus odit eum, & fugit.

Destructis opinionibus illorum, qui in diuersas partes diminutè, & superflue ipsam animam diuiserunt, tãquam in partes essentiales: nunc ad partes potentiales veniemus. sed iam ad veritatem accedamus, si per dicta superius nón potuimus scire principium motus progressiui, quid ergo erit, vt ait Tex. 43. id quod mouet animal loco? Mouebitur nè motu augumẽti, vel diminutionis, qui quidem omnibus animantibus inest? Si tali motu mouebitur, facilè erit inuenire eius principium: quoniam hoc est anima nutritiua, quæ vniuersis inest, alij autem motus, vt respiratio, experatio, somnus, & vigilia: cum non sint communes omnibus, ideò talibus animalia secundum locum moueri non poterunt. ideò posterius hęc considerabimus. nam & hęc ipsa magnam dubitationem, difficultatemq; habent. Sed de motu secundum locum, qui dicitur motus progressiuus, habemus considerare, & primò, vt ait tex. 44. quid sit mouens animal, vel sit principium talis motus. Vnde a notioribus nobis incipientes probamus, quod vegetatiua potentia non sit principium motus progressiui, duabus rationibus. Prima, quia motus progressiuus fit cum imaginatione, & appetitu. quia nihil quod non appetit, aut fugit, mouetur; nisi violentia; vt quando vi trahitur animal. sed vegetatiuæ non inest imaginatio, nec appetitus, ergo ipsa non potest esse principium motus, secundum locum animalium. Secunda uegetatiua, siue nutritiua inest plantis, & tamen non inest talis motus. quod si uegetatiua esset principium essentiale motus, secundum locum, vtique mouerentur; sed nõ mouẽtur, ergo ipsa non põt esse principiũ talis motus. Ascendẽtes ab imperfectiorib. ad perfectiores, probamus, quod

Tex. 43 Post destructionẽ opi. antiquorum incipit uenari ueritatẽ de principiomotiuo animalis.

Tex. 44 A notiori. b. incipiẽs pbat Ari. qđ ueg. nõ est principium.

Prima rõ.

Secũda rõ

nec potentia sensitiua potest esse hujus motus principiū. quoniam, ut ait tex. 45. non omnia habentia sensum mouentur, sunt enim animalia aliqua fixa, quæ nullum locū ex se mutant. ergo sensitiua non potest esse principium essentiale talis motus. nec est dicendum, quod talia nō mouentur, non quia desit principium, sed deest instrumentum, quia natura nihil fecit frustra, nec deficit vnquam in necessarijs; sed quibus dedit principium, dedit quę necessaria erant ad vsum illius: dummodo non sint orbata, & mōstruosa animalia. sed illa immobilia in sua specie perfecta sunt, & non monstra, cum generent sibi similia. si ergo principium haberent motus a natura, utique haberent instrumenta necessaria, sicut habent ad alia opera. cum autem nullum tale sit, non ergò habent tale principium. & consequenter sensitiuum non principium huius motus.

Tex. 45 Qđ sensitiua non sit principiū motus animalium. Obiectio. Responsio

Præterea probamus, quod nec tertium membrum diuisionis, scilicet potentia intellectiua, quę vocatur intellectus, est mouens secundum locum. quoniam nō sit motus, nisi sit cognitio, vt ait tex. 46. circa aliquod conueniens, vel disconueniens, tanquam circa fugiendum, vel persequendum. sed intellectus qui speculatur, nihil agendum considerat, neq; speculatur fugibile, vel persequibile, ergo intellectus non est principium motiuum, secundum locum animalium. Et quamuis intellectus speculetur agibilia, & intelligat ipsa, vt aliquod terribile, vel delectabile, modo non percipiat actionem, & non dirigatur ad opus, non est principium motiuum. quia quod mouetur timore est cor, quod delectatione mouetur est iecur, & altera pars. Vnde intellectus, quamuis considerat terribilitatem, & delectationem: tamen non iudicat timendum esse modo, vel prosequendum. Amplius probo adhuc, quod intellectus non sit principiū motus progressiui. quoniam, ut ait Tex. 47. intellectus præcipit aliquando fugere aliquid, vel prosequi, & tamen homo sequitur appetitum, relinquens rationem, & facit oppositum motum, ut apparet in incontinentib. qui contra rationem, & dictamen

Qđ potentia intellectiua non sit principiū motus aīalium. Tex. 46

Responsio obiecti.

Tex. 47 Alia ratio ꝓbans idē

dictamen intellectus mouentur.similiter idem videtur in medico, & statuario.non enim semper, secundum artem statuariam, uel scientiam medicinæ,quam habet, medetur ille, & iste conficit artem: sed aliquid aliud hanc habet viam,& potentiam, ut per ipsam artem aliquid scientiamque agatur.ergo manifestatur per hoc,aliud esse principium motus in ipso. Probato,& destructo tertio membro, probamus, quod nec potentia appetitiua sit principium talis motus,quia multa possumus appetere, & desiderare. tamen quia sequimur rationem, non mouemur ad illos motus. Postquam demonstrauimus non esse aliquod membrorum simplicium,scilicet non vegetatiuam non sensitiuam,non intellectiuam,nec appetitiuam, nũc complicabimus ipsa.Nam videtur,ut ait Tex.48. esse hæc duo principia motus,scilicet appetitus, uel intellectus.intelligendo etiam per intellectum phantasiam,& imaginationem. quoniam multi sequuntur, & mouentur a sola imaginatione,& etiam animalia,quæ mouentur,non habent neque intellectum,neque rationem. & tamen ducũtur phantasia, ergo hæc duo simul erunt principium motus secundum locum animalium appetitus,& intellectus. Et quoniam diximus intellectum esse principium motus, ne fiat æquiuocatio,declaramus qualis sit iste intellectus, & dicimus, quod est ille intellectus, qui ratiocinatur, & circa agibilia discurrit, qui dicitur practicus, ut ait Text. 49.& differt ab intellectu,qui non ratiocinatur secundum finem.quoniam speculatiuus contemplatur rem,& practicus cognoscit rem propter opus.Remota æquiuocatione intellectus, probamus appetitum, & intellectum, esse principium motus progressiui. Nam appetitus non mouet,nisi intendat aliquid, sed istud non potest mouere appetitum, nisi prius intellectu,& cognitione comprehendatur.ergo necessarius intellectus,seu imaginatio ad motum; probatur minor, quia intendere aliquid est finis, & finis est principium,quod cognoscit intellectus practicus. ergo absque intellectu, & imaginatione non potest inten

Qđ nec potẽtia appetitiua sit principiũ talis mot'

Tex.48.

Distinct. intellectus pp æquiuocationẽ

Tex.49

Prima rõ pbans appetitum, & intellectũ eẽ principium motus progressiui.

non recta. non semper enim a bono vero mouetur, sed ali quando ab apparenti. ergo videtur, quod cum appetitus ad plura se extendat, quàm intellectus: quoniam intellectus ad bonum tantum, & appetitus ad bonum, uel apparens bonum, quod habeat maiorem rationem mouendi. & nota, quod non quodcunque bonum, vel non bonum mouet appetitum, sed agibile, idest quod sub actione cadit, ut possit obtineri, & non obtineri. quod enim agibile est contingens, & aliter se habere potest. Quod igitur hæc potentia animæ, scilicet appetitiua sit illa, quæ moueat magis, quàm intellectus ex dictis manifestum est. Vnde ex hoc tex. Notandum est, quod omnis potentia animæ quæ præsentat bonum cognitum, uel malum intellectiuo dicitur potentia directiua, uel incitatiua ipsius appetitus, & sic dicitur intellectus rectus, quando incitatur per volū tatem ad acceptandum, quod est vere bonum, vel verè ma lum. verbi gratia intellectus practicus cognoscens quod omne bonum est operandum, & quod nunc tempore pestis pro liberatione ciuitatis a tali contagio orare Deum est bonum, & abstinere se a peccatis præsentat hoc bonum cognitum voluntati. ex qua præsentatione dirigitur, & incitatur voluntas ad acceptandum conclusionem, quæ est hæc, nunc orandus est Deus pro liberatione ciuitatis, & abstinendum a peccatis, & sic volo ipsum orare, & me a peccatis abstinere. Dixi autem, practicus, quia intellectus inquantum speculatiuus, cum contentetur, in speculatione veritatis, non dirigit voluntatem ad aliquid operandum; licet enim specul or fluxum, & refluxum aque, ex hoc non excitatur voluntas mea, vt velim circa ipsam aquam aliquid operari. Quoniam superius cum Arist. damnauimus insufficientiam illorum, qui diuiserunt animam in partem irascibilem, concupiscibilem, & rationalem, tanquam in partes essentiales; ne aliquis contra nos insurgat dicens, has aliquos diuisisse, non vt essentias, sed ut potentias; & opinionem illorum esse loqui de potentijs, & non de essen-

Quādo, & quis dicat intellect' rectus.

Obiectio

tijs; ideò poſtquam methodo diuiſiua inuenerimus principium motiuum ipſorum animalium: & demonſtrauimus prouenire motum progreſsiuum ab intellectu, & appetitu, ſed principaliter, & magis ab appetitu, nunc tali obiectioni reſpondebimus, quod ante facere non poteramus, cum nondum per membra potentiarū diſcurſi fuiſſemus. Dicemus igitur, vobis qui diuidiſtis animam, ſi dicatis, quod non ſecundum eſſentiam ipſam diuidiſtis, ſed ſecundum potentiam: dico, quod ex dictis meis reijcitur opinio, & diuiſio veſtra. & quod oportet, ut confiteamini valde plures potentias eſſe, quam illas tres; quoniam potentiæ animæ ſunt, vt ait tex. 52 uegitatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, conſilictiuum, adhuc appetitiuū: quę potentię differunt abinuicem, pluſquam concupiſcibile, & iraſcibile. quoniam iraſcibile, & concupiſcibile pertinent ad idem genus, ſcilicet appetitiuum at illæ Vegitatiuum, ſenſitiuum, & aliæ dictæ genere differunt; nō ergo rectè obijcis, & per conſequēs diminuti fuerunt Antiqui. Nec o Tolete intentio Ariſt. eſt colligere numerum potentiarum, vt numerum ipſarum oſtendat, ſed vt tacite obiectioni reſpondeat, ſicut diximus. Dixit, *præterea*, in tex. intellictiuum ratione ſpeculationis. quoniam per potentiam puram ſpeculatiuum, intelligit tantum Anima; dixit, *deliberatiuum*, ratione operationis: quoniam per potentiam practicam deliberat hoc, & illud, quæ duo genere differunt. & ſi quis quæreret, quare non enumerat potentiam motiuam inter prædictas, vt fecit ſecundo de anima tex 27. Dicendum, quod hoc non fecit, quia iam hoc ſuperius declarauit. Nam cum dixerit, quod ab appetitu, & intellectu prouenit motus progreſsiuus, & hæc ab anima proueniunt, ergo etiam motiuum erit potentia ipſius animæ. Tex. 53. Non explicat, vt ait Toletus, quale appetitiuum moueat hominem, dicens non eſſe unum appetitum n umero, qui ipſum mouet, ſed ſpeci e, id eſt, genere vnum, ſed poſtquam concluſit principium motus progreſſiui, eſſe magis appetitum, quam intellectū, & quod prouenit

Reſponſio

Tex. 52

Reiicitur Toletus. Pōderatio uerborum Ariſt.

Quæſitum Reſponſio

Tex. 53 Reiicitur Toletus.

uenit a potentia appetitiua: nunc vult loqui de numero ipsius appetitus, ne quis credat vnum tantum esse appetitum, quam pluralitatem ratione contrariorum ostendit: Nam si appetitus contrarij erunt, necessario erunt plures. hoc igitur in hoc tex. ostendit, scilicet vnum esse appetitiuum genere, & per consequens vnum appetibile; & probat, quoad diuersitatem appetendi, plures esse appetitus. nam si appetitus sunt contrarij, ergo plures, vt diximus; quod sint contrarij ex hoc manifestatur, quoniam ratio, & appetitus intellectiuus, contrariatur concupiscentiæ, & appetitui sensitiuo. Nam appetitus intellectiuus, secundum suam naturam ea amat, ac prosequitur, & de illis gaudet, quæ secundum intellectum, atque rationem bona sunt; ea verò, quæ ratio mala iudicat, odit, ac fugit, & de illis tristatur. De huiuscemodi etiam bonis sperat, mala cõtraria timet, & aduersum male huiusmodi irascitur. Appetitus autem sensitiuus amat, & prosequitur ea, quæ sensus bona iudicat, & de his gaudet: ea verò quæ sensus disconuenientiam iudicat, odit, ac fugit, & de his tristatur. Atqui non eadem sunt, quæ sensus bona æstimat, & quæ ratio, vel intellectus; item quæ sensu mala, & quæ intellectus. Aestimatio namque sensus illa iudicat bona, quæ carni sunt grata; bona videlicet corporalia, & temporalia, delitias, diuitias, amplam suppellectilem, pompas magnificas, & gloriosos titulos, amplum famulitium, abundantiam ciborum, ferculorum, potuum, musicorum instrumentorum concentum, & cætera huiusmodi quæcunque sensui carnis sunt grata, & quæcunq; sensum oblectant, & hæc omnia inordinate, & secundum excessum considerata sensus æstimationi bona videntur, & sic ea sensualis appetitus prosequitur. Ratio verò, siue intellectus, vera bona iudicat illa, quæ incorruptibilia sunt, atque æterna, & ea quibus ad æternitatem pertingitur; cuiusmodi sunt bona cœlestia, item virtutes, & virtutũ opera virtutum etiam occasiones, & quicquid nouit ad uera, atque æterna bona consequenda idoneum. Quę autem

Intẽtio uera Ari.

Probatur pluralitas appetituũ rõne cõtrariorum.

Quid ꝓsequatur appetitus intellectiu⁹.

Quid ꝓsequatur appetitus sensitiuus.

Quæ sẽsus æstimatio bona iudicet.

Quæ rõ uera bona iudicet.

ſenſus, ut ſibi grata, & conuenientia iudicat, ſecundum eum vſum, nempe ſuperfluum & exceſsiuum nequaquã intellectus, vt vere bona iudicat; ſed potius vt mala, & noxia ad ea bona conſequenda, quæ ipſe vere bona iudicat. Non enim hęc temporalia iudicat vtilia, niſi quatenus ad vere ſpiritualia, & ęterna conducunt. quid eſt ſecundum vſum temperatum, & moderatum, atq; ſufficientem propter quod appetitus ſenſitiuus contrarius eſt voluntati, non ſimpliciter, in hoc quod ipſe corporalia, & temporalia appetat. Voluntas autem, ſupernaturalia, & æterna. Sed quia ille corporalia ſecundum exceſſum, & inordinationem appetit; iſta vero non, niſi ſecundum debitam moderationem: nec ea quidem per ſe, ſed vt ad aliud cõducentia. Manifeſtum eſt igitur, quod appetitib. contrarijs poſſumus moueri. & hoc fit, quando ratio eſt contraria ſenſui; & quare id fiat, & naſcatur talis contrarietas, demonſtramus cum Ariſt. dicentes, quod cauſa eſt, quia homo habet cognitionem diuerſorum temporum præſentis, & futuri. Vnde quia aliquod bonum videtur, de præſenti appetitus, qui ſequitur ſenſum, de præſenti appetit. at quia ratio futurum eſſe malum præuidit, renuit. Verbi gratia, appetitus amantis amaſiam bonum iudicat, quia per ſenſum delectationem præſentem iudicat, at intellectus damnũ futurũ ꝓuidit; ob id diſcõueniens iudicat, fiuntq; inde ꝯrij appetitus. Hæc igitur eſt cã, qđ non ſit vnũ tm̃ numero appetitiuũ mouens hoĩem, ſđ numero plura, ſ. ſenſitiuus, & intellectiuus, & vnum genere. Nam appetitiuum ſe extendit ad vtrumque, & cum ſit vnum appetitiuum genere, erit etiam appetibile primum obiectũ commune, quod etiam mouet in motum. hoc autem appetibile mouet prout apprehenditur intellectu, vel imaginatione. ob id non eſt vnius rationis ſemper quod mouet, ſicut nec appetitus, ſed vnum etiam ipſum genere. Poſtquàm demõſtrauimus, quod appetitus eſt cauſa iſtius motus progreſsiui, & quod eſt vnum genere, & plura numero: nunc de conditionibus talis motus animalium loquemur,

Quõ appetitus ſenſitiuus contrarius ſit uoluntati.

Demõſtratur quare appetitus ſenſit. contrarius ſit ratione.

Explicatio ꝑ exẽplũ.

quemur, per ea, quæ in motu vniuersali accidunt, dicentes, quod tria requiruntur, vt ait tex. 54. in motu, Quod mouet, quod mouetur, & quo mouetur: scilicet instrumentum motus, & quod mouet, duplex est. Vnum quod mouet, & non mouetur, vt intelligentia: & aliud quod mouet, & mouetur, vt orbis, vel mouentia particularia. Applicando igitur ad motum animalium dicimus, quod hæc omnia sunt in tali motu. Nam est mouens immobile, scilicet appetibile. hoc enim mouet appetitum in genere causę finalis, atque ideò mouendo non mouetur. Est etiam mouens motum scilicet ipsemet appetitus; mouetur enim ab appetibili, non motu vero, sed motu, qui actus quidam est, sicut sensatio, vel intellectio, ita appetitio, mouet etiam corpus. Est etiam quod tantum mouetur scilicet corpus ipsum, & quo mouetur: & hoc est pars corporis, quę instrumentum est motus, de qua non est modo tractandum. quoniam in communibus animæ, & corporis operibus considerandum est de ipsis. Nunc autem sufficit, vt eius conditiones tantum in summa dicamus, vt ait tex. 55. & hę sunt, ut sit principium, & finis: sicut in circulatione est gibbosum, & concauum. nam conuexum dicitur principiũ, & concauum finis. Vnde aliud quidem quiescit, aliud verò mouetur & hęc ratione sunt diuersa, & magnitudine inseparabilia. Ita in instrumento motus animalis, quod pulsu, & tractu mouetur, erit pars, quæ sit principium extensionis; & finis constrictionis vna, & eadem, licet ratione diuersa; respectu enim vnius motus, est principium: respectu alterius est finis. quemadmodum in circulo, quod ratione vnius dicitur principium, ratione alterius finis; nam vbi manet aliquid, ibi incipit aliud. Postquàm in vniuersali de principio motus animalium disseruimus, nunc applicabimus ad particularia, & in particulari de ipso tractabimus; & vt a notioribus nobis, & imperfectioribus procedamus, incipiemus primò loqui de animalium imperfectorum motus principio, & vltimo de homine. Vnde non de

Tex. 54

Tria requirunt i motu q̃ motui aĩalium applicantur.

Tex. 55

Quæ sint condõnes motus animalium.

istis, quia habent difficultatem, loquitur, ut ait Toletus Tex. 56 Textum quinquagesimosexto. sed quia necessarium erat Reiicitur Toletus. applicare vniuersali particularibus, vt totaliter posset sciri, quę animalia mouentur, & quæ non; & si non mouentur, quare, cum omnia habeant imaginationem, & appetitum. ideò dicimus cum Aristo. Cum igitur sicut prædictum est appetitiuum, ut appetitiuum sit vniuersale principium motus animalium, & appetitus non sit sine phantasia. quæ phantasia, cum sit rationalis, & sensitiua, & de ipsa participent alia animalia, considerandum autem est primò de imperfectis animalibus, scilicet de illis quibus sensus tactus solum inest, quid sit mouens in ipsis, vtrum habeant imaginationem, & phantasiam, per quam moueantur, an non. Vnde concludimus, appetitum habere, quia inest eis dolor, & voluptas, ut manifestum est; quia si pungantur, se contrahunt. at ista non sunt sine appetitu.

Quid sit mouens in aialib. quę sensum tactus tãtũ habent.

Pōderatio ly[quodã-modo.] Præterea dicit, quod quodammodo inerit phantasia, dixit. *Quodammodo*, quia non perfectè, & ideò explicat genus istius phantasiæ. Nam sicut mouentur indeterminate, sic habent, & phantasiam indeterminatam. quæ phantasia indeterminata est illa, quæ non est in certa parte corporis; immo est in toto corpore; & est eadem cum sensu tactus; nec retinet species in absentia rei sensibilis, sed solum mouetur a sensibili præsenti, hæc est in conchilijs, & vermibus. Et quia diximus antea, quod imaginatio, vel phantasia quædam erat rationalis, quędam sensibilis: concludimus ex dictis, quod in animalibus omnibus datur sensibilis phantasia, vt ait text. 57. uel sit determinata, vel Tex. 57 indeterminata. sed phantasia deliberatiua solis rationalibus inest, quia deliberare est conferre multa sub vna cōmuni mensura, & quod conuenientius est, ac melius ad finem eligere. sed hoc facere rationis est. Vnde reliqua animalia non habent talem opinionem, idest iudicium, quia non syllogizant sicut homo. solus enim homo ex multis phantasmatibus facit vnum scilicet ex multis medijs

Quib. aīalib. detur phantasia deliberatiua.

dijs ad finem propositis, eligit unum; reijcit alia quæ non sunt apta.

Cum ergo ostenderimus in omnibus animalibus imaginationem esse in imperfectis imaginationem imperfectam, & in omnibus alijs perfectam; & in homine ultra imaginationem, etiam rationem; remanet conclusum, quod in imperfectis imaginatio imperfecta sit causa appetitus ipsius motus: & in perfectis imaginatio perfecta, & in homine ratio ipsa. & quoniam non tantũ ratione mouetur homo, sed etiam sensu: ideò dicimus, quod aliquando appetitiuus sensitiuus vincit appetitum intellectiuum, vt patet in incontinentibus, sicut ait text. Tex. 57 57. aliquãdo verò intellectus vincit sensitiuum, & secum fert. Talia autem imperia asimilãtur sphæris. Nam sphæra superior fert inferiorem, & iste motus est ordinatus, & secundum naturam; & est, cum homo ratione mouetur, & vincit appetitum; cum autem econtra asimilatur hoc imperium motui planetarum, qui contranitentes primo mobili mouentur ab occidente in orientem motu proprio. irrationale enim est, vt sphæra inferior, quæ resistit superiori, sicut appetitus rationi, & intellectui. Appetitus igitur sensitiuus, & intellectiuus erunt principium motus localis ipsius hominis, & ne aliquis erret circa cognitionem intellectus distinguimus, & demonstramus qualis sit ista cognitio intellectus quæ moueat hominem, & dicimus non esse intellectum speculatiuum vt ait tex. 58. quoniam hic manet in quiete cõtemplando, nec ad opus Tex. 58 vergitur. sed intellectus rationalis, qui considerat, uel ut uersatur circa uniuersalia, uel circa particularia discurrendo, & utraque hæc ratio mouet, sed propinquius, & proximè ratio particularis, ratio vniuersalis non ita propinquè, magis enim ad speculationem accedit. Atq; hæc sunt quæ Arist. docet de motiua potentia, & aduerte quod etiam uperius de hac ratione uniuersali, & particulari loquutus est, & similiter de appetitu intellectiuo, & sensitiuo, sed superius de illa ut ex ipsis inferret pluralitatem ap

petituum,

petituum, hic autem ut principium mouendi in homine demonstraret, qui non solum ratione, sed etiam sensu mouetur. Similiter de intellectu speculatiuo, & agibili loquutus est, vt declararet membrum diuisionis, scilicet quid per intellectiuum, vel ratiocinatiuum intelligeret, & sic diuersis respectibus de ipsis loquutus est, & secundum diuersa proposita.

Caput Septimum.

TRACTATA vniuscuiusque Animæ natura, nunc a notioribus nobis incipiens, eas viuentibus applicat. Probans per sufficientem diuisionem, quod nutritiua, siue vegetabilis omni uiuenti inest. Secundo per propositiones ab omnibus concessas discurrens, demonstrat, quod sensus non cunctis viuentibus, sed animalibus necessario inest. Præterea, cum sensus multi sint, per sufficientem diuisionem declarat, vtrum omnes necessario insint animalibus, vel quidam, & si quidam, quales illi sint, & quare non necessario sint; acq; qui sint illi, qui propter bonum dati fuerunt quibusdam animalibus, & non cuicunque, demonstrans, vt dicta corroboraret, impossibile esse simplex corpus animalis esse; & in fine comparans necessitatem tactus cum alijs, concludit sermonem librorum de Anima.

POSTQVAM tractauimus cum Arist. de omnibus animæ differentijs, atq; speciebus, earumque potentijs, operationibus, & obiectis. Nunc cum ipso demonstrabimus, si animalibus omnibus insint omnes istæ animæ, seu potentiæ, uel nō; & si non, quare, & quæ sint illæ. & hoc fieri ante non poterat. quoniã hoc scire dependet a cognitione naturæ ipsarum animarum. nisi.n. scitur natura cuiuscunq;, non potest sciri, si huic, vel illo aïali hæc competant; & quare huic, & nō illo. & quamuis superius de his,

quæ

quæ nunc dicentur, aliqua dicta fuerunt a philosopho, nō respectu istius applicationis hæc tactu fuerunt. sed ut conuenientiam, vel disconuenientiam, similitudinem, vel dissimilitudinem earum inter se demonstraret, uel ut aliquam eius naturæ partem declararet. Vnde non propria ibi sicut hic intentione, & in uniuersali loquutus est cum applicatione. Nō igitur, vt Toletus absolutis animæ partibus quattuor, nunc ipsarum species tres, scilicet nutritiuam, sensitiuam, ac intellectiuam confert; sed propter causam prædictam necessariam, & scientificam, iam superius suis locis inter se ipsas contulit. nec opus erat amplius idem extra locum proprium, & propositum repetere; ideò reiiciatur sua expositio, simul cum expositionibus aliorum. quoniam omnes sunt alienæ. non enim intentioni. non progressui Arist. non ordini doctrinæ, & denique non veritati consonant. Incipientes igitur a notioribus nobis, facientes applicationem prædictam, dicimus quod nutritiua, siue vegetabilis, vt ait text 59. anima, necessaria est in omni viuente, ab initio vitæ, vsque ad mortem. quod probamus per sufficientem diuisionem; quoniam necesse est, quod generatur habere vel augmētum, vel diminutionem, vel statum, sed nihil horum fit absque alimento, ergo omne viuens animam nutritiuam habet; & necesse est inesse vegetabilem potentiam in omnibus generabilib. & corruptibilibus. Sensus verò, vt ait tex. 60. non inest cunctis viuentibus, quod dupliciter probatur. Primò. Quæ corpus simplex habent, non possunt habere tactum, & viuentia aliqua corpus simplex habent, ergo non possunt habere tactum, ergo nec sensum, nullus enim est sensus sine tactu. Vnde per corpus simplex, intelliguntur plantæ, quoniam ipsis multum dominatur elementū aliquid, ut terra, quod ex Aristotele confirmari potest. nā tex. 66. dicit, & plantæ ēt ob hoc nullum hñt sensum, quia terreæ sunt. Præterea pñt dici simplicia, quia non constant ex partibus distinctis, sicut animalia, quæ habent diuersas partes caput, manus, &c. & quamuis radix, & truncus, & rami

Reiicitur Toletus cum aliis.

Tex. 59 Per sufficientē diuisionem pbatur qd vegetabilis sit necessaria in oī uiuente usque ad mortem.

Tex. 60 Quod sensus non insit oīb. uiuentibus.

mi dicantur partes, hoc dictum est per similitudinem, & proportionem. nō autem verè partes dici possunt. & ideo ipsa simplicia corpora appellari possunt. partes enim in animalibus positæ fuerunt, ut anima posset explere operationes suas. quod facere non poterat, nisi per diuersa organa. hoc autem non est opus in plantis, & ideo ipsas appellabimus corpora simplicia. Secundo probatur, quia non omnia viuentia susceptiua sunt formarum sine materia, idest specierum sensibilium, ut species sunt, ob id non sentiunt.

Postquam probauimus, quod sensus non inest omnibus viuentibus, nunc probabimus, quib. insit ipse sensus. & dicimus, quod omnia animalia habent sensum, sic discurrentes per propositiones, ab omnibus concessas. Si nihil facit natura, ut ait Tex.61. oportet, quod animalia habeant sensum: quia omnia, quæ a natura fiunt, uel alicuius gratia, & propter finem fiunt, uel a casu. si ergo animalia progresiua non haberent sensum, corrumperentur, & finem suum consequi nō possent. quia si nō haberent sensum, ergo non motum, nec cognitionem. & si non motū, ergo non possent quærere cibum sibi distantem, ergo non finem suum assequerentur, cum animalia absque alimento finem suum consequi non ualeant. ergo cum sint a natura, & omnia naturalia finem consequantur, ergo animalia necessario sensum habebunt; quia non sunt sicut plantæ, quæ vnde natæ sunt, & vbi, habent etiam suum alimētum, scilicet ex terra, sed motu indigent, vt quærant. ergo opus est sensu. Quoniam probauimus sensum necessario omnibus animalibus inesse, ne quis credat propter bonū, & non propter necessitatem, talem sensum homini datū fuisse. & per consequens arguere contra prædicta, quod sensus non insit omnibus animalibus necessario: ideo respondentes huic tacitę obiectioni, probabimus, quod qui habet intellectum, necessario etiam sensum habere debet. Dicimus igitur omnia, quæ sunt generabilia, & corruptibilia, ut ait tex.62. habentia mentem, necessario indigent

Demōstratur quibus insit sēsus. Tex.61

Necessario quę habent intellectum, habent ēt sēsum. Tex.62

tem diuisionem probare, quod tactus sit omnibus necessa-rius, quoniam si animal habet corpus, vel erit simplex, vel compositum: non simplex, ergo mixtum: si mixtum, ergo animal necessario habebit tactũ, vt ait text. 63: quod ex his manifestum fit. quoniam omne animal corpus animatum est. & omne corpus animalis est tangibile; & tangibile est id, quod sensibile est tactu. ergo necesse est corpus animalis esse tactiuum, si debet saluari animal; quoniam omnes alij sensus obiecta sua per medium externum sentiunt, vt olfactus, visus, & auditus. nec per talia obiecta possunt destrui, nisi per accidens, prout aliquid destructiuum ipsis coniungitur. vt tactiuum nisi habeat sensum tactus, non posset conseruari, quia tangibilia per se & realiter immutant animal, & sunt destructiua, vt notum est. ergo indigent tactu animalia, vt possint pro sui conseruatione discernere tangibilia nociua a conuenientibus, vt hæc accipere possit, & illa fugere. ergo necessarius: quod confirmatur ex gustus necessitate, quia gustus, vt ait text. 64. est necessarius, non quia gustat, nec inquantum gustus, sed quia gustando tangit gustabilia. ergo vt tactus, est necessarius: qui tactus si non esset cum gustu, destrueretur a gustabili, quod simul est tangibile: ob id cum gustu natura tactum coniunxit in lingua. est enim omni parte necessarius. & sic Arist. dicit, Hi quidem igitur, scilicet tactus, & gustus necessarij sunt omni animali. & per consequens manifestum est, non possibile esse animal sine tactu: alij verò sensus propter bonum dati fuerunt quibusdam animalibus, sed non cuicunque animali, quia non animalibus motiuis dati fuerunt propter bonum, sed propter necessitatem. & ratio est, quoniam si ista animalia se debent saluare, nõ solum tactu indigent, sed etiam vt de longe cognoscant, & sentiant. sed de longe cognoscere non possunt, vt ait text. 65. nec sentire, nisi per medium extrinsecum, quod ab obiecto sensibili patiatur, & ipsa ab illo medio repræsentante ipsum sensibile obiectum moueantur: sed alij sensus præter tactum, &

Tex. 63

Tex. 64

Necessitas gustus, & tactus in oĩ aĩali.

Tex. 65

S gustum

Quō obiecta visus, auditus, & odoratus ꝑ medium externum moueant sensum.

gustum, talia media habent. ergo animalibus motiuis nō propter bonum, sed tanquàm necessarij inerunt alij sensus; & quomodo obiecta aliorum sensuum, scilicet visus, auditus, & odoratus per medium externum moueant sensum, edocemus quantum huic proposito conuenit. & dicimus in tali mutatione esse tria, sicut in motu locali. Est vnum mouens non ab alio motum, & hoc est obiectum; est mouens, & motum, & hoc est medium, siue vnum sit, siue plura; est vnum motum, & organum sensus, quæ mutatio magis assimilatur alterationi, quàm motui locali: Nam in locali ista tria locum mutant, & alteratio fit his tribus quiescentibus in loco. Ignis enim per aerem calefacit aquam, nullo mutato loco. Huic simile est, quod circa sensum fit: manens enim obiectum, mouet quiescentem sensum, quod totum sigilli exemplo explicatur. Nam sigillum aliquando imprimitur corpori, quod non recipit figuram, vt lapidi; aliquando recipienti, sed secundum superficiem, vt ceræ, aliquando recipiēti secundum totum, ut aquæ, & magis aeri. Si enim sigillum per aquā, vel aerem continuè ducas, per totum illud profundum recipitur figura, quamuis non retineat. Ita fit in præsenti. obiectum est imprimēs sui formam, per totum profundum, medium vsque ad organum, sicut sigillum per aquam vel aerem. hoc vno dempto, quod non mouet obiectum per medium, dum imprimit, sicut sigillum: id enim alteratione fit, vt dictum est: præterea forma obiecti imprimit per aerem medium, dummodo vnus sit: vt cum inter leuia corpora inclusus est. cum enim diuisus est, non recipit formam integram. Vnde melius est, dicit Arist. obiectum ponere vt mouens, sensum vt motum, ut dictum est: quàm dicere visum mittere radium in obiectum, & hūc iterum refrangi in visum, ad videndum. Et quia superius, vt probaremus, quod tactus erat necessarius, diximus, corpus animalis habere corpus mixtum, & non simplex: ut omnia dicta nostra remaneant firma, & indubitata, nunc id ostendemus, dicentes cum Arist. tex. 66. Quod autem impossibile

Tex. 56.

possibile sit simplex esse animalis corpus, manifestum est: dico autem, puta igneum, aut aereum. Iam diximus, & probauimus, quod sine tactu nullum sensum possibile est esse; si ergo nullus sensus est sine tactu, & omne corpus animalis est tactiuum, sicut dictum est, ergo habebit corpus mixtum. quia tactus in percipiendis primis qualitatibus, non utitur medio externo simplici: quia per seipsum sentit sine medio externo; ob id tactus dicitur. ergo non potest esse in corpore simplici, quia si simplex esset, utique etiam medium haberet simplex, sicut alij sensus simplices sunt. oculus enim in aqua, auditus in aere consistit: ob id simplex medium habent, est enim medij, cum organo conuenientia. & si alij sensus tangunt obiecta, hoc est media te scilicet per medium, per quod suam multiplicant virtutem, & speciem. Præterea, quod non t ex terra, uel vllo alio elemēto animal, manifestum est, quoniam cum Tactus sit perceptiuus, non solum unius qualitatis, scilicet caloris, uel frigiditatis, sed plurium, oportet, vt sit in potentia ad illas, sed non est in potentia, nisi consistat in temperie illarum, ratione cuius temperiei sit in potentia ad excessus illarum, talesque posset percipere, at ista temperies non est in simplici elemento, ergo nec tactus; & signo hoc patet. Ossa enim, pili, & alia sensu priuantur; quia in eis vnum excedit elementum. ergo a fortiori ipsum elementum priuatur sensu. Et plantę etiam ob hoc nullum habent sensum, quia terreæ sunt, vt diximus. qua propter, si sine tactu nullus sensus esse potest, ergo corpus animalis, neque erit terra, neque quicquam aliorum elementorum simplicium. sed mixtum, sicut diximus. Tex. autem 67. Dicit Toletus, quod cū tactum necessarium animali omni dixisset, aliqua infert. sed ad quid hoc? nihil penitus. & ideo dico, quod postquā manifestauit sensuum alios esse necessarios semper, vt tactum: & alios propter bonum aliquibus, & aliquibus esse necessarios, cum necessitas possit considerari, & penes totum animal, & penes sensum; ideò comparat necessita-

Quod impossibile sit corpus aīalis simplex esse.

Tex. 67 Reiicitur Tolet. vt diminutus.

tem tactus cum aliis sensibus. qui sensus respectu tactus dicuntur necessarii, secundum quid. & ideo ad bene esse. Nam destructo tactu, destruitur animal. quia non est animal sine tactu, nec tactus sine animali. ergo tactus omnino necessarius est. Præterea sensibilia excedentia corrumpentia tactum, etiam corrumpunt animal: alia enim sensibilia sensum corrumpunt, non animal, vt visibilia, audibilia, & alia: quia isti sensus non sunt necessarii animali. ali quando corrumpunt animal, sed per accidens ratione adiuncti alicuius: ac tangibilia per se corrumpunt. quia si omne excedens sensibile corrumpit sensum, vt ait tex. 68. ergo excedens tangibile, corrumpit animal. Vnde tactus est tantum necessarius ad uitam cuiuscunque animalis, reliquos omnes secundum quid, & ut melius se animal habeat. Gustum habet, ut in alimento delectetur; visum vt eminus percipiant; linguam vt affectus aliis significetur; auditum vt audiant, & aliorum percipiant affectus; olfactum vt cibum distantem quærant. & hæc de applicatione animarum, ipsis viuentibus. & si quis diceret, quare de intellectiua nihil dixit? probans, quod soli homini inest? Dico, quod intellectum soli homini inesse notum est, & hoc omnes fatentur, atque a natura cognoscunt. Vnde tanquam famosissimum relinquit.

Intentio uera Arist.

Hic est finis tertij lib. Arist. de Anima in quem Doctiss. Antonius Montecatinus multa pace tanti uiri dicam, extra rem, & in confuso, & obscurè cōscripsit. Ad quid quæso tot partitiones, resolutiones, exempla, scholia, quæstiones, & digresiones? cum istarum multa nihil ad propriā Arist. intentionem spectent, imò potius sint impedimento? Quare præcor multoties de genere in genus transcendere, & multas inutiles, & superfluas quæstiones examinare? Et cur denique potius velle mentem humanam in infinitas partes cū imaginariis diuisionibus lacerare, diuidere, ac dilaniare ut faciunt Alchimisti elementa, & mixta, quàm veritatem ab Arist. propositam de anima rationali declarare? Doctrina enim Arist. non uerborum multi-

tudinem,

tudinem, non opinionum confusionem; & non denique dicendi pompam requirit, sed propriam, ac rei conuenientem, & facilem expositionem methodo declaratam, & ordine dispositam, ut vnusquisque eam percipere possit, sed iam irresolutos, ac inordinatos scriptores dimittamus.

Hæc sunt, quæ pro declaratione intentionis Ari. & veritatis scripsimus. Unde possumus dicere, quod omnes libri de Anima, ut alibi diximus, virtualiter inclusi sunt in ipsa definitione vniuersali, data ab Aristotele: sicut definitio continetur formaliter, & explicatiuè in omnibus tribus libris, quoniam illa definitio nihil aliud est, quam Epilogus methodicus omnium librorum Arist. de Anima. & libri de Anima nihil aliud, quàm oratio explicans eius definitionem. Et sic oportet, ut prudentes fateantur expositores hucusq; non intellexisse ad plenum libros de Anima Arist. nec minus doctores, atque lectores nostri temporis minus studiosi, & magis confusi Antiquorū. & huius causam reddit Auer. 3. de Anima 30. dicens. Causæ erroris omnium in lib. de Anima est, quia dimittunt Ari. & sequuntur expositores, credentes librum de Anima esse intelligibilem. (inintelligibilem) Nos autem sequentes Aristotelem, multa quæ ab aliis ad alium finem, & extra rem dicta sunt, pro maiori declaratione suæ intentionis, & veritatis sumpsimus, & ad nostrum propositum applicauimus. & quæ per solam nostram inuestigationem reperta fuere, sunt non solum quæ circa ordinem, & methodum Arist. vbique adnotauimus: sed etiam quę circa eius intentionem propriam contra omnes declarauimus, filum filo totam eius doctrinam ab aliis dispersam, diuisam, & confusam connectentes, vnientes, & manifestantes. Unde poterunt sapientes artiū, & scientiarum, cum veritate dicere Arist. hucusq; in tenebris fuisse, & ad pręsens per me dilucidatum, & nihil aliud esse NOVUM HOC VERITATIS LUMEN, quàm Aristotelem explicatum, & nihil aliud Arist. quàm nouum lumen veritatis, implicitum, & quæ secundum suam mentem diximus sunt etiam secundum veritatem, quoniam

quoniam non potest alio modo cognitio animæ haberi, prout à naturali consideratur. Remaneant igitur perturbati optimi Græci, qui maiore ipsorum gloria, quàm addiscentium vtilitate Aristotelem commentati sunt. Veritati cedant famosissimi Arabes, qui paraphrasi quadam potius Græcorum dicta, opiniones, ac sententias expresserunt, quàm philosophi ordinem methodumque inspexerunt. Nouiter addiscant subtilissimi, & ingeniosissimi Latini, quippe qui per cauillamenta, & quæstiunculas philosophiam tradidere: ambitiosa enim & præpostera quadam consuetudine prius disputare, quam discere incœperunt. Denique nouelli post hac scribant philosophi, quod hactenus ignorarunt, & nos cum ueritate.

Ad laudem Omnipotentis Dei quadragintaquinque diebus, tempore Epidimiæ. *1577.* Venetijs in Platea diui Marci, atque nouæ Procuratiæ ædibus, propria, antiquaque domo prope diui Geminiani Templum feliciter deuelauimus.

F I N I S.

VENETIIS.
Apud hæredes Iacobi Simbenij.
M D LXXVIII.

Errores & defectus corrigendi.

Pagina 7. linea 32. ensibus, lege entibus 11. vlt. nouam. nonam 13. 31 Philipono. Philopono 14. 28. hic. sic. 15. 9. affectus. affectibus. 15. 11. affectibus, affectus. 17. prijs, prius. 22. 10. etiam. &c. 23. 31. rabiles. rabiles a materia, & vt non separabiles. 24. 23. sed non. sed 25. 16. etiam. &c. 28. 28. etiam. &c. 29. 7. cum. cum. 31. 2. aliorū. aliorum. 32. 15. etiam. etc. 32. vlt. arloquuntur. Arist. loquuntur. 33. 18 vltimas. vltimus. 34. vlt. etiam. &c. 35. 1. etiam. &c. 35. in margine diuidendi, diuidendo. 36. 4. violenti. violenter. 36. 8. damnumus. damnamus. 39. in marg. esse. circa. 39. 31. etiam. &c. 40. 18. proportionum. propartium. 42. 19. accedit. accidit. 43. 2. corrūptio. corruptio. 43. in marg. quod nec, quod nec per. 44. 5. reiecta. relicta. 46. 33. motus. motus. 47. 5. etiam. etiam esse. 47. vlt. ex. tex. 52. 7. recte. recti. 52. in marg. Toletis. Toleti. 52. 16. accedit. accidit. 53. 15. quo. quo alio. 54. in marg. facere. habere. 55. in marg. illatione. illationes. 60. 1. sicut. fiat. 60. 22. quod possumus, quid possumus. 61. 2. curporis. corporis. 61. 12. hac. hoc. 63. 1. diuitis. diuisi. 63. vlt. qualis sit. quale sit. 64. 3. aurem. autem. 67. 30. competit. competit omni. 71. 16. inanimata. innata. 71. penult. astractionem. attractionem. 75. 19. diuersum. vniuersum. 80. 20. animatum. animarum. 85. in marg. oppositorum. expositorum. 87. in tit. in lib. 1111. in lib. 2. 88. 12. potuisset. posuisset. 89. 2. communibus. communioribus. 90. 14. quæstionis. generationis. 90. 21. consi. com. 90. 24. quę. qua. 91. in tit. lib. 1111. in lib. 11. 92. 23. videns. videntes. 96. in marg. Impotentiæ & actus an. An potentiæ, & actus. 97. 20. est. &. 102. 3. vsus. visus. 103. 6. inter. iuxta. 103. 19. iuxta. extra. 104. 7. contrarijs. contrarij. 104. 15. qua. qua. 104. in marg. correctiua. corruptiua. 105. 9. alteratione. alteratiua. 105. 17. & vt. 105. 19. ipsam. ipsum. 105. 30. presente. presente. 105. 33. hac. ha. 118. 20. hominis. luminis. 119. in marg. visibiles. visibilis. 125. 12. vitio. visio. 125. 28. extremum. externum. 126. 11. distinguitur. distinguitur medium. 126. 13. homines. luminis. 128. 2. vt di. vt de 128. 14. particulari. particulari de. 129. in marg. equiruntur cum. requiruntur ad. 134. 15. percutiam. percutiantur. 134. 34. a. in. 135. 4. fit. sit. 139. in marg. fit. sit. 141. 1. difficultatem. difficultate.

cultate. 141. *in margine differentias. difficultas*. 142. *in margine apprehensiones. apprehensionis*. 144. 29. *omnium. omnia*. 149. 20. *super. sapor*. 150. & 151. *in margine Responsio. Ratio*. 152. *in margine gustu. gustus*. 154. 7. *ter. aer*. 156. 3. *secundum: secundam*. 156. 29. *vel mixtum. sed mixtum*. 156. *penultima semel. simul*. 161. 7. *te. ta*. 161. 9. *dilatarum. delatarum*. 161. *in marg. actu. Tactu*. 162. 28. *indicatiua. iudicatiua*. 163. 21. *fusce. fusci*. 163. 27. *instrumentum. instrumentum seu*. 168. 2. *cundum. cundam*. 169. 26. *sunr. sunt*. 166. 1. *nunc. nec*. 172. 22. *magis. nugis*. 172. 29. *non. nota*. 173. *in marg. demostrande. demostranda*. 174. 3. *nisi. tria*. 176. 18. *istarum. statum*. 177. 16. *bibem. bilem*. 178. 3. *præciperet. perciperet*. 188. *in marg. virtus. vnus*. 188 *in marg. diuersus. diuersos*. 189. *in marg. esse sensum. circa sensum*. 189. *in marg. esse medium: etiam medium*. 189. 23. *positus. posita*. 197. 26. *opinione opinioni*. 197. 27. *vt*. &. 200. *in marg. obiectio. obiecti*. 201. 11. *perceptum. percepta*. 202. 21. *cogitatio. agitatio*. 202. 28. *Auicenna. Auicennæ*. 203. *penult. fit. sit*. 204. 27. *loca. loco*. 207. *penult. duobus. duabus*. 208. 23. *qui per. quia per*. 210. *in marg. possibile. possibili*. 219. 20. *qua. dua*. 225. 15. &. *est*. 226. *in marg. quod Deus sit intellectus agens. hæc sunt superflua*. 219. 26. & *sequitur. sequitur*. 237. *in marg. Quo. quomodo*. 238. *in marg. forma. potentia*. 241. 7. *delestari. delectari*. 247. *in marg. dicitur. elicitur*. 253. *in marg. quare. quare non*. 245. *in marg. positæ. posita*. 257. 17. *onn. non*. 261. 7. *Dicemus. dicimus*. 226. 23. *speculatiuum. speculatiuam*. 264. 6. *quid. quod*. 264. *in marg. ratione. rationi*.